Library of the Theological Seminary,

PRINCETON, N. J.

Presented by

Division SCD.

Section 1916

Shelf

Number

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Princeton Theological Seminary Library

https://archive.org/details/lexiconsyriacumc00scha

Richard Peters

LEXICON SYRIACUM CONCORDANTIALE,

OMNES

NOVI TESTAMENTI SYRIACI

VOCES,

Et ad harum illuſtrationem multas alias Syriacas, & Linguarum Affinium dictiones

COMPLECTENS,

Cum neceſſariis INDICIBUS, Syriaco & Latino; ut & CATALOGO Nominum Propriorum ac Gentilium N. T. Syr.

Indefeſſo labore elaboratum

à

CAROLO SCHAAF.

Editio ſecunda, priori emendatior & auctior.



LUGDUNI BATAVORUM.

Apud { Typis JOH: MULLERI, JOH: Fil: Vid: & Fil: CORN: BOUTESTEYN, SAMUELEM LUCHTMANS. } 1717.

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

SYrâ novi Teſtamenti verſione ex Aſia in Europam tranſportatâ, & diverſis in locis typis multiplicatâ, ad faciliorem ejus intelligentiam non pauci, ſucceſſivis temporibus, Lexica Syriaca magno ſtudio compoſuerunt.

Compoſuit tale *Andreas Maſius*, Theologus & Jure-conſultus, ac in Syriaca lingua exercitatiſſimus, conſtans dictionibus ex Syro novo Teſtamento & paucis aliis libris Syriacis ſtudioſè collectis; omiſſis ferme vocibus Chaldæis cum Syris communibus; cujus titulus eſt, *Syrorum Peculium*: & hoc ipſum Bibliorum Regiorum Apparatus partem conſtituit.

Apparatui huic Dictionarium Syro-Chaldaicum adjunxit *Guido Fabricius Boderianus*, ex Enchiridio Pagnini, præcipuè Dictionario Chaldaico Munſteri, Methurgeman & Tisbi Eliæ Levitæ, multis vocibus Syriacis ex novo Inſtrumento Syro & Severi Patriarchæ Alexandrini Rituali libro deſumptis, multiſque vocabulis ex veterum Judæorum Commentariis erutis, horumque Abbreviaturis, conflatum.

Subſecutum eſt Lexicon Pentaglotton *Valentini Schindleri*, linguarum Orientalium in Witembergenſi & Helmſtadienſi Academiis Profeſſoris, in quo præter veteris Teſt. Hebræas, Targumin Chaldæas, Rabbinicas, & Arabicas, etiam extant novi Teſt. voces Syriacæ, ſub ſuis ſingulæ radicibus digeſtæ, & doctè expoſitæ. Optima hujus editio prodiit Hanoviæ anno 1612.

Eodem anno Wittebergæ Lexicon Syriacum edidit *Chriſtophorus Crineſius*, Collegii Philoſophici Wittebergenſis Adjunctus,

ex Syra N. T. Interpretatione & Severi Patriarchæ Ritibus diligenti lectione collectum; annotatis etiam præcipuis utriuſque libri locis: & teſte Laurentio Fabricio Hebrææ linguæ in Academia Wittebergenſi Profeſſore in Præfatione ad hoc ipſum Lexicon, ſi typographi ratio tuliſſet, toties vocem unamquamque exhibuiſſet, quoties ea in Fœdere novo occurrit; ut Lexicon hoc pleniores etiam Concordantias Syras ſimul exhibere potuiſſet.

Dein Lexicon Chaldaicum & Syriacum adornavit *Buxtorfius Junior*, continens Paraphraſium Chaldaicarum Chaldæas, & Syriacæ N. T. Translationis Syras voces, accuratè & methodicè diſpoſitas, & fideliter dilucidèque explicatas. In lucem emiſſum Baſileæ anno 1622.

Anno proximo ſequente excuſum eſt Cothenis Anhaltinorum Lexicon Syriacum *Martini Troſtii*, ex inductione omnium ferè exemplorum novi Teſtamenti Syri ſingulari induſtriâ concinnatum: & eſt hoc ipſum Lexicon ex iis quæ hactenus facta fuerant, ad genuinam ſingularum vocum ſignificationem intelligendum, & verum contextus ſenſum eruendum, longè utiliſſimum. Deficiunt tamen in eo Particulæ, i. e., Pronomina, Adverbia, Præpoſitiones, Conjunctiones & Interjectiones: deficiunt quoque, ut & in omnibus præcedentibus Lexicis, dictiones locorum librorumque in Viennenſi editione deſideratorum; ſcilicet Hiſtoriæ Adulteræ Johannis VIII, ſecundæ epiſtolæ Petri, ſecundæ & tertiæ epiſtolæ Johannis, epiſtolæ Judæ, & Apocalypſεως voces.

Omnes novi Fœderis Syri dictiones exhibet Lexicon *Ægidii Guthirii*, Gymnaſ. Hamburg. Profeſſoris, breve admodum & conciſum, impreſſum Hamburgi anno 1667.

Denique non duntaxat N. ſed & V. T. verſionis Syræ voces

ces omnes, aliorumque librorum Syriacorum, copioſiſſimè accuratiſſimeque complectitur Lexicon Heptaglotton *Edmundi Caſtelli*, Bibliis Polyglottis Anglicanis accommodatum, editum *Londini* anno 1669.

Prædictorum Lexicorum quarumcunque editionum exemplaria, aut ferè omnia ſunt divendita, aut ob ingens pretium non à quovis linguam Syram diſcendi cupido poſſunt comparari: hac de cauſà Lexicon Syriacum novum, & quod non tanti conſtaret, edendi ſumma fuit neſceſſitas. Syræ autem N. T. translationi jam a Clariſſimo Leuſdeno & me editæ parandum erat Lexicon, quod ei quam maximè commodum eſſet: ejuſmodi ut procurarem magnam operam impendi. Omnes dictiones, quotquot in N. T. Syro reperiuntur, in eo exhibeo, exponoque; & dictiones haud paucas ex Syra V. T. verſione aliiſque libris Syriacis depromptas, quæ ad majorem dilucidationem vocum Syriacarum N. T. Syri facere poſſint, addidi.

Methodum accuratam, conſtantem & facilem juxta Grammaticæ ſeriem obſervo. Primus locus datur radici, quæ in lingua Syra æquè ac in Hebræa & Chaldæa aliiſque Orientalibus linguis communiter eſt tertia perſona ſingularis maſculini generis [Genera in Verbis, Participiis, Nominibus & Pronominibus diſtinxi: Maſculinum indigitavi per *m.* Fœmininum per *f.* Commune per *c.*] Præteriti Kal ſ. Peal: proponitur ea, ſi in lingua Syra uſitata eſt, majuſculis literis; quando ea apud Syros non eſt in uſu, cognatarum linguarum, ſcil. Hebrææ, Chaldææ, Samaritanæ, Arabicæ vel Æthiopicæ radices ſubſtituuntur: & quia Typographus iſtarum linguarum typis quantitate diverſis deſtituebatur, earum radices, & voces derivativæ, quas ſubinde ſubjunxi, ejuſdem magnitudinis literis excuſæ ſunt; radicibus autem iſtis diſtinctionis causâ aſteriſcus præponitur. Ra-

 dicibus

dicibus Syriacis affinium linguarum Orientalium radices ſæpius appoſui; partim ut propinqua harum linguarum cognatio Lectori ante oculos verſaretur; partim ut in cognitarum notitia confirmaretur, & ad incognitarum peritiam, animadverſâ ex inſpecta harmonia addiſcendi facilitate, alliceretur; & ſimul quoque aliquem earum prægustum caperet; nonnunquam etiam ut quarundam vocum derivativarum Etymologia clariùs innoteſceret. Tertiam maſculinam ſingularem Præteriti ſequitur tertia fœminina, quæ diacriticum punctum ſupernum habet ad ſervilis Thau latus ſiniſtrum; tertiam fœmininam ſequitur ſecunda maſculina; ſecundam maſculinam ſecunda fœminina; ſecundam fœmininam ſequitur prima perſona ſingularis, quæ eſt communis generis, & punctum diacriticum ſupernum geſtat. In plurali perſonæ ſe invicem conſequuntur ut in ſingulari numero.

Immediatè poſt Præteritum locatur Participium, quod in Conjugationibus Activis, Peal, Paël & Aphel eſt duplex, Præſens & Præteritum; illud ſenſum habet activum, hoc paſſivum. In Conjugationibus paſſivis, Ethpeel Ethpaal & Ettaphal Participium unicum eſt. Participium præſens, quod in Peal Benoni vocatur, præcedit; Participium præteritum, quod in Peal ſequitur, Peil appellatur. Pëil ſæpe Activè ſumitur, & idem omnino ſignificat quod Benoni. Participiorum voces ſe invicem conſequuntur eo ordine, quo Nominum voces; Nominum enim more inflectuntur. Frequenter etiam Participia in Nomina pura degenerant.

Proximè poſt Participia collocatur Infinitivus, qui ſemper, quando vim Infinitivi habet, eſt cum præfixo ܠ, ſine eo autem valet nomen, aut Gerundium in *do*, & non adhibetur niſi ad confirmationem ſententiæ, quum idem verbum repetitur: hoc modo, ܡܦܩܕ ܦܩܕܬ *mandatum mandavi*, vel *mandando mandavi*: ut, *Joh.*9: 9 ܡܕܡܐ ܕܳܡܶܐ ܠܶܗ *ſimilis eſſendo*, vel *ſimilitudine ſimilis eſt ei*, i. e., *prorſus ſimilis*

ſimilis eſt ei: *ſic Pſal.* 118 : 18 ܡܪܕܘ ܪܕܢܝ *caſtigando caſtigavit me.* Extra hanc phraſin Infinitivus ſine ܠ non uſurpatur. Præpoſitum autem ܠ non ſemper nudum Infinitivum notat, ſed ſæpe etiam valet præpoſitionem *ad*, & tum Infinitivus exponitur per Gerundium in dum, ut ܠܡܦܩܕܘ *præcipere*, & *ad præcipiendum*.

Poſt Infinitivum eſt Imperativus, cui eſt unica perſona ſecunda, genere & numero diſtincta: ſingularis maſculina præcedit, proximè ſequitur ſing. fœminina, tum maſculina pluralis, denique hujus numeri perſona fœminina.

Ultimum Temporum locum tenet Futurum, in quo perſonæ ſeſe invicem conſequuntur omnino ut in Præterito.

Poſt Conjugationem primam Activam Kal ſ. Peal ponitur ejus Paſſiva Ethpeel; poſt Paſſivam Ethpeel Activa Paël; poſt Activam Paël eſt hujus Paſſiva Ethpaal: hæc & ejus Activa ſæpe eſt Quadrata; quod obtinet in Defectivis ſecundæ Claſſis, primâ radicali repetitâ & ſecundæ poſtpoſitâ, ut Paël ܓܪܓܪ *traxit*, Ethpaal ܐܬܓܪܓܪ *tractus eſt*, à ܓܪ: in Quieſcentibus ſecundâ Verba Quadrata fiunt, ſecundâ ejectâ, ac primâ & tertiâ ſuo ordine repetitis, ut Paël ܪܡܪܡ *exaltavit*, Ethpaal ܐܬܪܡܪܡ *exaltatus eſt*, à ܪܘܡ. Non raro etiam ex aliis Verbis, ſive analogis ſive anomalis, Verba quatuor literarum formantur, primæ radicali præpoſitis literis ܣ vel ܫ, ut Paël ܣܪܗܒ *acceleravit*, Ethpaal ܐܣܬܪܗܒ *acceleratus eſt*, à ܪܗܒ: Paël ܫܒܗܪ *nitidum, ſplendidum reddidit, illuſtravit, laudavit, glorificavit*, Ethpaal ܐܫܬܒܗܪ *gloriatus, lætatus fuit, ſuperbiit*; hujus apud Arabes radix eſt بَهَرَ בָּהַר; vide eam in Lexico pag. 566. Nonnunquam ܣ vel ܫ ſuperadduntur Verbis quatuor literarum; & hâc ratione fiunt Verba quinque literarum: exemplum eſt in Lexico pag. 532. Porro poſt Conjugationem Paſſivam Ethpaal ordinatur Activa Aphel; poſt Activam Aphel ejus Paſſiva Ettaphal: hæc Conjugatio Paſſiva rarioris uſus eſt, & non agnita fuit

à prio-

à prioribus Grammaticis & Lexicographis, Maſio, Waſero, Boderiano, Buxtorfio, Schindlero, Crineſio, Troſtio. Omnium harum Conjugationum tempora, perſonæ, genera, numeri, ſ. omnes earum voces, eo modo quo in Kal, digeſtæ & in ordinem redactæ ſunt. Et cuique Verborum & Participiorum voci addita ſunt ſua loca in quibus per totum N. T. Syrum reperitur.

Multorum Verborum, & ſingularum ferè Conjugationum [etiam multorum Nominum & Particularum] diverſæ ſunt ſignificationes: hæ vel in N. T. vel V. T. Syrâ Verſione, vel in aliis libris Syriacis uſitatæ ſunt; ubi in novo Teſt. Syro hæ diverſæ ſignificationes inveniantur, fermè ſemper annotavi loca; ſubinde etiam ubi in veteri Teſt. Syro, & nonnunquam ubi in Ritibus Syris Severi legantur: adſcripſi ea loca hunc in finem, ut vocibus Syris, in primis difficilioribus aut obſcurioribus in Syra N. T. Interpretatione extantibus, ex aliis libris Syriacis lucem afferrem.

Quoniam potiſſimùm ex Verborum Conjugationibus harumve Participiis originem ducunt reliquæ Orationis Partes, ideo hæ communiter illis ſubordinantur: ex iis Partibus præcipua quidem eſt Nomen, ſive Subſtantivum ſive Adjectivum; utriuſque Forma abſoluta præcedit, ſemper, ſi in Syra N. T. Verſione occurrat; dein ſequitur emphatica; & tum conſtructa Forma; denique Nomina cum Affixis: quo ordine ea in ſingulari numero diſpoſita ſunt, eo & in plurali. In Nominibus Adjectivis maſculinum genus, ut dignius fœminino, præmiſſum eſt. Et ſingulis Nominum vocibus appoſita ſunt novi Teſt. Syri loca in quibus illæ leguntur. Ita ut quoad Verba, Participia & Nomina hoc Lexicon pleniores Concordantias exhibeat.

Continentur quoque in eo omnes Particulæ: ex quibus primùm ſunt Pronomina; quæ vel Separata ſunt vel Conjuncta. Hæc Separata, ܐܢܐ ܚܢܢ ܐܢܬ ܐܢܬܝ ܐܢܬܘܢ ܐܢܬܝܢ non raro componuntur

cum

cum Participiis, ut paſſim in Lexico videri poterit. Conjuncta Pronomina omnia, excepto unico Præfixo Relativo ܕ, ſunt Affixa; quæ ſæpiſſime ſuffiguntur Verbis, [raro Participiis, ut ܣܢܝܢܝ *odio proſequentes me*, Exod. 20: 5. Pſ. 9: 14.] Nominibus, Adverbiis & Præpoſitionibus: ac conſtanter ille ordo ſervatur, ut Affixum ſing. 3. perſ. maſc. præcedat, fœmininum hujus perſonæ proximè ſequatur, dein 2 perſ. maſc. & tum ejuſdem perſ. fœm. & ultimò Affixum 1 perſonæ, quod eſt communis generis: ſimilem ordinem obſervo in Affixis pluralibus.

Præter Pronomina Particulæ ſunt, Adverbia, Præpoſitiones, Conjunctiones & Interjectiones. Omnes Particulas, quotquot in Syra N. T. Verſione occurrunt, hoc Lexicon complectitur: non verò adducta ſunt omnium Particularum omnia N. T. Syri loca in quibus extant, attamen multa, & penè omnia quæ ſunt in locis ac libris in Viennenſi editione, ſuperiùs commemoratis, deficientibus. Sunt etiam quarundam Particularum variæ ſignificationes; ad ſingulas ferè eas ſignificationes quædam N. T. Syri loca allegata ſunt.

Particularum aliæ ſunt Syris propriæ, aliæ peregrinæ: multæ à Græcis ortæ, ut ܐܠܐ *ſed* ab ἀλλὰ, ܐܢ vel potiùs ܟܝ *Particula potentialis* ab ἂν, ܓܝܪ *enim* à γὰρ, ܕܝܢ *autem* à δὲ, ܡܢ *quidem* à μὲν. In univerſum habet Syriaca lingua inde ab Alexandri Magni temporibus, ut veriſimile eſt, plurima intertexta vocabula Græca: aſſertioni huic abundè fidem facit Syriaca N. T. Verſio, in qua ſparſim reperiuntur, quæ ordine Alphabetico in hoc Lexico diſpoſita ſunt; plura in aliis Syrorum libris extant, quæ legi poſſunt in Lexico Heptaglotto Caſtelli & in Lexico Iſa bar Ali: vide Hotting. Gram. Chaldæo-Syriacam pag. 179. Quam verò mutationem ejuſmodi voces patiantur Syrorum Civitate donatæ, docet Lud. de Dieu in Appendice Gram. Harm. de Nominibus Peregrinis.

Habet quoque Syriaca lingua immixtas voces Latinas, ſed pauciores, ut ܐܣܪ *aſſarius*, ܕܝܢܪ *denarius*, ܦܪܛܘܪܝܘܢ *prætorium*, &c.

Et ut hoc meum Lexicon Syræ linguæ Cultoribus, præſertim Tyronibus, faciliorem uſum præſtare poſſet, ei duos Indices adjunxi. Primus Index eſt Syrus vocum Syræ N. T. Verſionis anomaliam in aliqua radicali admittentium. Hunc Indicem evoluturus præmonendus eſt, literas ſerviles ܒܕܘܠ, quæ in ipſo Textu Syro ſæpe præfixæ ſunt vocibus anomalis, in hoc Indice, ut & in ipſo Lexico, ferè ſemper abjectas eſſe: excipitur ܠ Infinitivo præfixum, ſine quo Infinitivus non habet vim Infinitivi. Secundus Index eſt Latinus, non duntaxat indicans omnes voces Syriacas Syræ novi, verùm etiam multas veteris Teſt. Verſionis, aliorumque librorum Syriacorum, huic Lexico inſertas, ad vocum N. T. Syri illuſtrationem. Denique Indicibus ſubjunxi Catalogum omnium Nominum Propriorum & Gentilium N. T. Syri, quæ in eo juxta Alphabetum digeſta & explicata; ac N. T. loca omnia, in quibus leguntur, ſolicitè annotata ſunt.

En tibi hic, Candide ac Benevole Lector, Lexicon Syriacum Concordantiale, Lexicon, antecedentia N. T. Syri Lexica, vocum copiâ, methodo accuratiore, conſtantiore & faciliore, omnique apparatu ſuo multùm antecellens; & præcipuè ad Clariſſimi Leuſdeni & meam N. T. Syri Editionem in uſum tuum accommodatiſſimum. Incepi quoque, & brevi in lucem emiſſurus Grammaticam Syriacam, magnam partem præparatam, tibi ad novi noſtri Teſtamenti Syri & hujus Lexici intelligentiam aliis Grammaticis Syriacis, huc uſque editis, etiam optimis, in Variantibus N. T. noſtri Lectionibus, præcipuè in hoc ipſo Lexico ſæpe citatis, longè accommodatiorem & utiliorem. Vale, DEUM T. O. M. mecum ardentibus precibus invoca, ut hos meos labores, & tua in iis ſtudia gratiâ ſuâ ſecundet.

CAROLI

CAROLI SCHAAF
LEXICON SYRIACUM.

ܐܐܪ *c.* Aër, Ἀήρ, 1 *Cor.* 9:26. 14:9. *Epheſ.* 2:2. 1 *Theſſ.* 4:17. *Apoc.* 9:2. 16:17.

ܐܒܐ *vide* אַבָּה.

* אַבֵּב *Paël Chald.* Fructus produxit.

ܐܒܒܐ *m.* Fructus, *Apoc.* 18:14.

ܐܒܐ *m.* Idem. ܕܝܒܫ ܐܒܗܘܢ quorum fructus emarcuit, *Jud.* 12.

ܐܒܘܒܐ *m.* Inſtrumentum muſicum, organum, fiſtula, tibia, *Germanicè*, ein Pfeiff/ een Pijpe/ αὐλὸς, 1 *Cor.* 14:7.

ܐܒܕ Periit, amiſſus, interfectus eſt. *Luc.* 15:4. *Joh.* 17:12. 2 *Pet.* 3:6. ܐܒܕܬ periit *f.* *Hebr.* 11:31. ܐܒܕܘ perierunt, *Matt.* 10:6. 1 *Cor.* 10:10. 15:18. *Jud.* 11. ܐܒܕܝ perierunt *f.* *Apoc.* 18:14. *Part. Benoni* ܐܒܕ periens. *Luc.* 15:17. 1 *Cor.* 8:11. *Jac.* 1:11. *Fœm.* ܐܒܕܐ *Joh.* 6:27. *Plur. m.* ܐܒܕܝܢ 2 *Cor.* 2:15. ܐܒܕܝܢܢ, *ex* ܐܒܕܝܢ pereuntes & ܚܢܢ nos *compoſitum*, *Matt.* 8:25. *Marc.* 4:38. *Luc.* 8:24. 2 *Cor.* 4:9. *Plur. f.* ܐܒܕܢ *Matt.* 9:17. *Marc.* 2:22. *Luc.* 5:37. *Pëil* ܐܒܝܕ ܗܘܐ perierat, *Matt.* 18:11. *Luc.* 15:6.9. 19:10. *Emph.* ܐܒܝܕܐ ܗܘܐ idem, *Luc.* 15:24.32. *Plur. emph.* ܐܒܝܕܐ pereuntes. 1 *Cor.* 1:18. 2 *Theſſ.* 2:10. *Futur.* ܢܐܒܕ peribit. *Matth.* 5:29.30. 18:14. *Marc.* 9:41. *Luc.* 13:33. 15:4. *Joh.* 3:15.16. 6:12. 11:50. 2 *Pet.* 3:

9. ܬܐܒܕ peribit *f.* *Luc.* 21: 18. *Act.* 3: 23. ܢܐܒܕܘܢ peribunt, *Joh.* 10: 28. *Rom.* 2: 12. ܬܐܒܕܘܢ peribitis, *Luc.* 13: 3. 5. *Aphel* ܐܘܒܕ Perdidit, amiſit, interfecit. *Matt.* 22: 7. *Luc.* 17: 27. 29. *Jud.* 5. ܐܘܒܕܬ perdidi, *Joh.* 18: 9. ܐܘܒܕܘ perdiderunt, 1 *Cor.* 10: 9. *Participium præſens* ܡܘܒܕ perdens, *Luc.* 9: 24. *Infinit.* ܠܡܘܒܕܘ perdere, *Marc.* 3: 4. *Luc.* 6: 9. ad perdendum, *Luc.* 9: 56. *Cum affix.* ܠܡܘܒܕܘܬܗ perdere eum, *Luc.* 19: 47. ܠܡܘܒܕܘܬܢ ad perdendum nos, *Marc.* 1: 24. *Luc.* 4: 34. *Futur.* ܢܘܒܕ perdet. *Matth.* 10: 28. 39. 42. 16: 25. 21: 41. *Marc.* 8: 35. 12: 9. *Luc.* 9: 24. 17: 33. 20: 16. *Joh.* 10: 10. *Jacob.* 4: 12.

Cum aff. ܐܝܟ ܕܢܘܒܕܝܘܗܝ ut perdat eum, *Mat.* 2: 13. ܢܘܒܕܝܗ perdet eam, *Matt.* 10: 39. 16: 25. *Marc.* 8: 35. *Luc.* 17: 33. *Joh.* 12: 25. ܬܘܒܕ perdiderit *f. ſine jud paragogico*, *Luc.* 15: 8. *Cum aff.* ܕܬܘܒܕܝܘܗܝ ut perderet eum, *Marc.* 9: 22. ܠܐ ܬܘܒܕ ne perdas, *Rom.* 14: 15. ܐܘܒܕ perdam, *Joh.* 6: 39. 1 *Cor.* 1: 19. ܕܢܘܒܕܘܢ ut perderent, *Mat.* 27: 20. *Cum aff.* ܐܝܟ ܕܢܘܒܕܘܢܝܗܝ quomodo perderent ipſum, *Mat.* 12: 14. *Mar.* 3: 6. 11: 18. ܠܐ ܬܘܒܕܘܢ ne perdatis, *Heb.* 10: 35. 2 *Joh.* 8.

ܐܒܕܢܐ *m.* Exitium, interitus, perditio, pernicies. *Matt.* 7: 13. 26. 8. *Marc.* 14: 4. *Act.* 8: 20. *Rom.* 9: 22. 1 *Cor.* 5: 5. *Phil.* 3: 19. 1 *Theſſ.* 5: 3. 2 *Theſſ* 1: 9. 1 *Tim.* 6: 9. *Heb.* 10: 39. 2 *Pet.* 2: 1, *bis.* 3: 7. 16.

Cum aff. ܐܒܕܢܗܘܢ perditio eorum. *Philip.* 1: 28. 2 *Petr.* 2: 3.

✝ אָבָה *Heb.* Voluit, aſſenſus fuit. *Eſt propriè velle cum altero. Hinc* אָב Pater. *Ratio derivationis videtur eſſe, quia Patres ſunt indulgentes erga liberos, & idem, quod illi, volunt. Chald.* אַב, *emph.* אַבָּא, *Syriacè*,

ܐܒܐ *m.* Πατὴρ, Pater, Vater/ Vader. *Matth.* 3: 9. 10: 21. 15: 5. 19: 29. 23: 9. 24: 36. 28: 19. *Marc.* 7: 10. 10: 29. 13: 12. 32. 14: 36. *Luc.* 3: 8. 10: 22, *bis.* 11: 11. 12: 53. 22: 42. 23: 34. *Joh.* 1: 14. 4: 21. 23. 5: 19. 20. 21. 22. 23. 26. 36. 37. 6: 27. 44. 45. 46. 57. 8: 27. 41. 44. 10: 36. 11: 41. 12: 26. 28. 49. 13: 3. 14: 8. 9. 13. 24. 15: 8. 16: 16. 25. 26. 27. 28. 32. 17: 11. 17. 24. *Act.* 1: 4. 7. 2: 33. *Rom.* 4: 11. 16. 17. 8: 15. 1 *Cor.* 8: 6. 15: 24. 2 *Cor.* 1: 3. 6: 18. *Gal.* 1: 3. 4: 6. *Epheſ.* 1: 17. 2: 18. 5: 20. *Coloſſ.* 1: 12. 2: 2. 3: 17. 1 *Theſſ.* 1: 1. 3. 2: 11. 1 *Tim.* 5: 1. 2 *Tim* 1: 2. *Tit.* 1: 4. *Heb.* 1: 5. *Jacob.* 1: 17. 27. 3: 9. 1 *Pet.* 1: 17. 2 *Pet.* 1: 17. 3: 18. 1 *Joh.* 1: 2. 3. 2: 1. 15. 16. 22. 23. 24. 4: 14. 2 *Joh.* 3, *bis.* 4. 9. *Jud.* 1. *Apoc.* 1: 6. 3: 5. 21.

In

In ſing. numero cum affixis, excepto aff. ſing. primæ perſonæ, tertiam radicalem He ſibi reſtituit, & reſtitutam in wau mutat quieſcentem in Ezozo: (*vide &* ܐܚܐ frater & ܚܡܐ Socer.) ܐܒܘܗܝ pater ejus *m. vel* ſuus. *Matt.* 2: 22. 15: 4. 16: 27. 19: 5. 21: 31. *Marc.* 7: 11. 12. 8: 38. 9: 24. 10: 7. 15: 21. *Luc.* 1: 32. 59. 62. 67. 9: 26 42. 12: 53. 14: 26. 15: 20, *bis.* 22. 28. 29. 31. *Joh.* 1: 18. 4: 53. 5: 18. 6: 42. 13: 1. *Act.* 7: 4. 14. 20. 16: 1. 3. 28: 8. *Rom.* 6: 4. 15: 6. 1 *Cor.* 5: 1. 2 *Cor.* 1: 3. 11: 31. *Gal.* 1: 1. 4: 2. *Epheſ.* 1: 3. 3: 14. 5: 31. *Phil.* 2: 11. 22. *Col.* 1: 3. *Heb.* 7: 3. 10. 12: 7. 1 *Pet.* 1: 3. *Apoc.* 14: 1.

ܐܒܘܗ pater ejus *f. vel* ſuus. *Marc.* 5: 40. *Luc.* 8: 50. 51. *Joh.* 8: 44.

ܐܒܘܟ pater tuus, *Matt.* 6: 4. 6. 18, *bis.* 15: 4. 19: 19. *Marc.* 7: 10. 10: 19. *Luc.* 2: 48. 15: 27. 18: 20. *Joh.* 8: 19.

Cum affixo ſing. primæ perſ. mutat ܘ *in* ܝ, *& format* ܐܒܝ pater meus. (*ita & infra* ܐܚܐ frater, ܐܚܝ frater meus) *Matth.* 7: 21. 8: 21. 10: 32. 33. 11: 25. 26. 27. 12: 50. 15: 13. 16: 17. 18: 10. 19. 35. 20: 23. 25: 34. 26: 39. 42. 53. 28: 18. *Marc.* 14: 36. *Luc.* 2: 49. 9: 59. 10: 21. 22. 15: 12. 17. 18. 21. 22: 29. 23: 46. 24: 49. *Joh.* 2: 16. 5: 17. 36. 43. 6: 32. 39. 65. 8: 16. 18. 19, *bis.* 28. 29. 49. 54. 10: 15, *bis.* 17. 18. 25. 29, *bis.* 30. 32. 37. 38, *bis.* 12: 27. 50. 14: 2. 6. 7. 10, *ter.* 11, *bis.* 12. 16. 20. 21. 23. 26. 28, *bis.* 31, *bis.* 15: 1. 9. 10. 15. 16. 23. 24. 26, *bis.* 16: 3. 10. 15. 17. 23. 17: 1. 5. 21. 25. 18: 11. 20: 17. 21. *Apoc.* 2: 27.

ܐܒܘܗܘܢ pater eorum *vel* ſuus. *Matth.* 4: 21. 22. *Marc.* 1: 20.

ܐܒܘܟܘܢ pater veſter. *Matt.* 5: 16. 45. 48. 6: 1. 8. 14. 15. 26. 32. 7: 11. 10: 20. 18: 14. 23: 9. *Marc.* 11: 25. 26. *Luc.* 6: 36. 11: 13. 12: 30. 32. *Joh.* 8: 38. 41. 42. 44. 56. 20: 17.

ܐܒܘܢ pater noſter, *Matth.* 6: 9. *Marc.* 11: 10. *Luc.* 1: 73. 11: 2. *Joh.* 4: 12. 8: 39. 53. 7: 2. *Rom.* 1: 7. 4: 12. 8: 15. 9: 10. 1 *Cor.* 1: 3. 2 *Cor.* 1: 2. *Gal.* 1: 4. 4: 6. *Epheſ.* 1: 2. *Phil.* 1: 2. 4: 20. *Col.* 1: 2. 1 *Theſ.* 3: 13. 2 *Theſ.* 1: 1. 2: 16. 1 *Tim.* 1: 2. *Philem.* 3. *Jacob.* 2: 21.

In plurali tertiam radicalem He quoque reſumit, & habet terminationem maſculinam & fœmininam, ac ſignificat Patres, Parentes, Majores. *Maſculinam terminationem abſolutam invenies Hebr.* 12: 9. *ubi legitur* ܐܒܗܝܢ ܕܒܣܪܐ *in Tremel. Hutt. Troſt.* [*nam in Teſtamento ut & in Lexico vertit*, patres carnis] *Gutb. & noſtrâ Edit. Emph.* ܐܒܗܬܐ *Luc.* 1: 17. 18: 29. 1 *Cor.* 4: 15. 2 *Cor.* 12: 14. *Epheſ.* 6: 4. 1 *Joh.* 2: 13. 14.

Cum affix. ܐܒܗܘܗܝ patres ejus *m. vel* ſui. *Luc.* 2: 27. *Joh.* 9: 2. 3. 18. 20. 22. 23. *Act.* 13: 36. *Heb.* 11: 23. ܐܒܗܝܗ parentes ejus *f. Luc.* 8: 56. ܕܐܒܗܝܟ patrum tuorum, *Act.* 7: 32. ܕܐܒܗܝ patrum meorum, *Act.* 24: 14. *Gal.* 1: 14. ܐܒܗܝܗܘܢ patres eorum

vel ſui. *Matth.* 10: 21. *Marc.* 13: 12. *Rom.* 1: 30. 1 *Tim.* 1: 9. 5: 4. *Heb.* 8: 9.

ܐܒܗܝܟܘܢ patres veſtri. *Matt.* 23: 32. *Luc.* 11: 47. 48. 21: 16. *Joh.* 6: 49. 58. *Act.* 7: 51. 52. *Epheſ.* 6: 1. *Coloſſ.* 3: 20. *Heb.* 3: 9. 1 *Petr.* 1: 18.

ܐܒܗܝܢ patres noſtri. *Luc.* 1: 55. 72. *Joh.* 4: 20. 6: 31. 1 *Cor.* 10: 1. *Hebr.* 1: 1. 12: 9; *vide hîc varias Lectiones.*

Fœmin. Terminat. Emph. ܐܒܗܬܐ patres. *Joh.* 7: 22. *Act.* 2: 29. 22: 1. *Rom.* 4: 1. 9: 4. 11: 28. 15: 8. *Hebr.* 7: 4.

Cum affix. ܡܢ ܐܒܗܬܝ à majoribus meis, 2 *Tim.* 1: 3. ܐܒܗܬܗܘܢ patres eorum, *Luc.* 6: 23. 26. ܐܒܗܬܟܘܢ patres veſtri. *Act.* 28: 25. ܐܒܗܬܢ patres noſtri. *Act.* 3: 13. 25. 5: 30. 7: 2. 8. 9. 11. 12. 15. 19. 38. 39. 44. 45. 13: 17. 32. 15: 10. 22: 3. 14. 26: 6. 2 *Petr.* 3: 4.

ܐܒܗܘܬܐ *f.* Paternitas, Πατριά, *Epheſ.* 3: 15.

ܐܒܠ Luxit. *Peïl* ܐܒܝܠ lugens. *Plur.* ܐܒܝܠܝܢ lugentes, *Mar.* 16: 10. *Apoc.* 18: 19. *Emph.* ܐܒܝܠܐ *Matth.* 5: 4. *Ethpeel* ܐܬܐܒܠ *vel* ܐܬܬܒܠ Luxit. ܐܬܐܒܠܘ luxerunt, *Act.* 8: 2. *Imperat.* ܐܬܐܒܠܘ lugete, *Jacob.* 4: 9. *Futur.* ܘܐܬܐܒܠ & lugeam, 2 *Cor.* 12: 21. ܢܬܐܒܠܘܢ lugebunt, *Apoc.* 18: 9. 11. ܢܬܬܒܠܘܢ idem, *Apoc.* 18: 15.

ܐܒܠܐ *m.* Luctus, 1 *Cor.* 5: 2. *Jacob.* 4: 9. *Apoc.* 18: 7. 21: 4. *Cum affix.* ܘܥܠ ܐܒܠܟܘܢ & de luctu veſtro, 2 *Cor.* 7: 7.

ܐܒܢܐ Lapis, 1 Pet. 2: 8. *Heb.* אֶבֶן *f. Chald.* אֶבֶן אַבְנָא. *Quidam deducunt à radice* בָּנָה ædificavit.

ܐܓܢܐ *f.* Hydria. *Heb.* אַגָּן. *Plur. Emph.* ܐܓܢܐ hydriæ, *Joh.* 2: 6. 7.

ܐܓܘܢܐ *m.* Certamen. *Ex Græco* ἀγών. 1 *Cor.* 9: 25. *Phil.* 1: 30. *Col.* 2: 1. 1 *Theſſ.* 2: 2. 1 *Tim.* 6: 12. 2 *Tim.* 4: 7. *Hebr.* 10: 32. 12: 1. *Jud.* v. 3.

ܐܓܪ Mercede conduxit. *Præterit. cum aff.* ܐܓܪܢ mercede nos conduxit, *Matth.* 20: 7. *Peïl* ܐܓܝܪ mercede conductus. *Emph.* ܐܓܝܪܐ Mercenarius, *Joh.* 10: 12. 13. *Participium in nomen degeneravit.* ܐܓܝܪܐ ܗܘ mercenarius eſt, *Joh.* 10: 13. *Plur. emph.* ܐܓܝܪܐ mercenarii, *Mar.* 1: 20. Luc. 15: 17. *Cum affix.* ܡܢ ܐܓܝܪܝܟ ex mercenariis tuis, *Luc.* 15: 19. *Futur.* ܢܐܓܘܪ ut mercede conduceret, *Matth.*

Matth. 20: 1. *Paël Præt.* ܐܘܓܪ & mercede conduxit, *Act.* 28: 30. *Ethpaal* ܐܬܬܓܪ Lucratus, negotiatus eſt, negotiatione acquiſivit, *Matth.* 25: 16. 17. *Luc.* 19: 15. ܐܬܬܓܪܬ lucratus ſum, *Matt.* 25: 20. 22. *Imperat.* ܐܬܬܓܪܘ negotiamini, *Luc.* 19: 13. *Futur.* ܢܬܬܓܪܘܢ ܒܟܘܢ negotiabuntur vos, 2 *Petr.* 2: 3.

ܐܓܪܐ *m.* Merces, præmium, *Matt.* 5: 46. 6: 1. 10: 41. *Act.* 1: 18. 1 *Cor.* 9: 17. *Hebr.* 10: 35. 11: 26. *Jac.* 5: 4. 2 *Petr.* 2: 13. 15. 2 *Joh.* *v.* 8. *Jud.* *v.* 11. *Apoc.* 11: 18. 22: 12.

Cum affix. ܐܓܪܗ merces ejus *vel* ſua. *Matt.* 10: 42. *Marc.* 9: 41. *Luc.* 10: 7. *Rom.* 4: 4. 1 *Cor.* 3: 8. 14. 1 *Tim.* 5: 18. ܐܓܪܗܘܢ merces eorum *vel* ſua. *Mat.* 6: 2. 5. 16. 20: 8. ܐܓܪܟܘܢ merces veſtra, *Luc.* 6: 23. 35.

ܐܓܪܐ *m.* Tectum. *Chald.* אִגָּרָא אִגָּר. *Mar.* 2: 4. *Luc.* 5: 19. *Act.* 10: 9. ܒܪ ܐܓܪܐ Lunaticus *nim.* ſpiritus, *q. d.* ſpiritus extra tectum degens, *Matth.* 17: 15. ܕܒܐܓܪܐ ܗܘ qui in tecto eſt, *Matt.* 24: 17. *Mar.* 13: 15. *Luc.* 17: 31. *Plur. Emph.* ܐܓܪܐ Tecta. *Matt.* 10: 27. *Luc.* 12: 3. ܒܢܝ ܐܓܪܐ Lunatici, *ad verb.* qui extra tecta *nim. degunt*, *Matt.* 4: 24. *vide Full. Miſc. ſacr. lib.* 2. *cap.* 17.

ܐܓܪܬܐ *f.* Epiſtola. *Heb.* אִגֶּרֶת, *Chald.* אִגַּרְתָּא אִגְּרָא, *ab* אָגַר Collegit, congeſſit, comportavit: *ita dicta eſt, quod ex literis collectis conſtet; ſive, quod variæ res in ea comportentur.* *Act.* 9: 2. 15: 23. 30. 23: 25. 33. 34. 28: 21. 1 *Cor.* 5: 9. 16: 3. 2 *Cor.* 7: 8. *Col.* 4: 16. 1 *Theſ.* 5: 27. 2 *Theſ.* 2: 2. 15. 2 *Petr.* 3: 1.

Cum affix. ܐܓܪܬܗ epiſtola ejus, 2 *Cor.* 3: 3; *ſed affixum hîc eſt pleonaſticum.* ܐܓܪܬܢ epiſtola noſtra, 2 *Cor.* 3: 2. 10: 11. *Plur. Emph.* ܐܓܪܬܐ epiſtolæ. *Act.* 22: 5. 2 *Cor.* 3: 1. 10: 10. *Cum aff.* ܐܓܪܬܗ 2 *Petr.* 3: 16. ܐܓܪܬܝ epiſtolæ meæ. 2 *Cor.* 10: 9. 2 *Theſſ.* 3: 18.

ܬܐܓܘܪܬܐ *f.* Negotiatio, *Joh.* 2: 16. Quæſtus, lucrum. *Act.* 16: 16. 1 *Tim.* 6: 5. Opera, *Luc.* 12: 58. Stipendium, *Rom.* 6: 23. *Cum affix.* ܠܬܐܓܘܪܬܗ ad negotiationem ſuam, *Matth.* 22: 5. ܕܬܐܓܘܪܬܗܘܢ quæſtus ipſorum, *Act.* 16: 19. ܬܐܓܘܪܬܢ quæſtus noſter, *Act.* 19: 25. 1 *Tim.* 6: 6.

ܐܓܪܘܣ *m.* Ager. *Ex Græco* Ἀγρός. *Matth.* 27: 8. *Cum affix.* ܐܓܪܘܣܗ ager ejus, *Matth.* 27: 7. 10; *affixum eſt pleonaſticum.* *Plur.* ܐܓܪܘܣܐ Agri. *Mar.* 6: 36.

ܐܕܢܐ *f.* Auris. *Ab Hebræa radice* אזן, *mutato* ז *pro more in* ד, *unde & Græcum* οὖς auris, & ὠτίον auricula *derivatum.* 1 Cor. 2: 9. 12: 16. *Cum affix.* ܐܕܢܗ aurem ejus, *Matth.* 26: 51. *Mar.* 14: 47. *Luc.* 22: 50. 51. *Joh.* 18: 10. 26. ܐܕܢܗܘܢ aurem ſuam, 2 *Tim.* 4: 4. *Plur. emph.* ܐܕܢܐ Aures, *Matt.* 11: 15. 13: 9. 43. *Mar.* 4: 9. 23. 7: 16. 8: 18. *Luc.* 8: 8. 12: 3. 14: 35. *Rom.* 11: 8. *Apoc.* 2: 7. 11. 17. 29. 3: 6. 13. 22. 13: 9. *Cum aff.* ܐܕܢܘܗܝ aures ejus. *Marc.* 7: 33. 35. *Jacob.* 5: 4. 1 *Pet.* 3: 12. ܐܕܢܝ aures meæ. *Luc.* 1: 44. ܐܕܢܝܗܘܢ aures eorum *vel* ſuæ. *Matth.* 13: 15. *Act.* 7: 57. 28: 27. ܐܕܢܝܟܘܢ aures veſtræ. *Matth.* 10: 27. 13: 16. *Luc.* 4: 21. 9: 44.

ܐܕܪ ܐܕܪܐ *m.* Area. *Chald.* אִדְּרָא אִדַּר. *Plur. cum aff.* ܐܕܪܘܗܝ areas ſuas *Matth.* 3: 12. *Luc.* 3: 17.

* אֱדַשׁ *Heb. idem quod* דוש, Trituravit. *Cujus infinitivus* אֱדוֹשׁ triturare *legitur Jeſ.* 28: 28. *Hinc derivatur nomen Syriacum*

ܐܕܫܐ *m.* Fructus, *Rom.* 1: 13. 6: 21. 15: 28.

ܐܘ Aut, vel, ſive. *Hebr.* אוֹ. *Mat.* 5: 17. 18. 36. 6: 24. 31. 11: 3. 16: 14. 18: 16. *Marc.* 2: 9. 3: 4. 4: 17. *Luc.* 18: 29. &c. *Etiam comparativè ſignificat* Quàm, *Matth.* 19: 24. *Mar.* 6: 11. 10: 25. *Luc.* 10: 12. 14. 15: 7. 2 *Petr.* 2: 21.

ܐܘ̄ ὦ ô! *Interjectio vocandi ſeu exclamandi.* Lineola ducitur ſupra ο; *ut oſtendatur hanc literam minimè pronunciari, & ut ſimul diſcernatur à particula antecedente* ܐܘ, *cui punctum, ſi accuratè ſcribatur, imponitur. Matth.* 15: 28. *Act.* 7: 51. 1 *Tim.* 6: 11. 20. *Jacob.* 5: 1, &c.

* אוא *Paël* ܐܘܝ Conjunxit, concordare fecit. *Ethpaal* ܐܬܬܘܝ Benevolus, conjunctus, copulatus eſt. *Partic.* ܡܬܬܘܐ ܗܘܝܬ eſto conſentiens, benevolus, *Matt.* 5: 25.

ܐܘܝܘܬܐ *f.* Concordia, conſenſio, conſenſus, Unanimitas. 2 *Cor.* 6: 16. 13: 11. *Epheſ.* 4: 3. *Phil.* 3: 16. 1 *Petr.* 3: 8.

ܐܘܟܪܣܛܝܐ *f.* Εὐχαριστία gratiarum actio, ſacra Cœna, *ſic dicta, quia eſt ritus gratiarum actionis. Act.* 2: 42. 20: 7. ܐܘܢܓܠܝܘܢ

ܐܡܘܡܘܢ Amomum, *Apoc.* 18: 13. *juxta* Lud. *de Dieu ad hunc locum, eſt frutex iſte nobilis, de quo* Plinius *lib.* 12. *cap.* 13. *&* *Mathiolus in lib.* 1. *Dioſcor. cap.* 13.

ܐܘ ô! *Interjectio exclamandi*, Matth. 17: 17. Mar. 9: 19. *Luc.* 9: 41. *Item* Vah, *illudendi*, Mar. 15: 29. *Ita* & Matt. 27: 40, *in M. S. Colonienſi, ex quo Raphelengius varias lectiones collegit.*

ܐܘܢܐ *m.* Manſio, habitatio, *Joh.* 14: 23. *Plur. emph.* ܐܘ̈ܢܐ manſiones, *Joh.* 14: 2. *Deduci videtur ab Hebr.* עון, *quod* LXX. *legerunt* Jeſ. 13: 22, *&* *verterunt* κατοικεῖν, *&* *Caſtellus in ſuo Lexico* habitare *reddidit.* ע *nim. in vicinum* א *mutato.*

ܐܘܢܓܠܝܘܢ Εὐαγγέλιον Evangelium, *Mar.* 1: 1. *Rom.* 1: 1. 9. *&c.*

ܐܘܢܓܠܣܛܐ *a.* ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ Εὐαγγελιστὴς Evangeliſta, *in ſubſcriptione Evangelii Johannis, & in Inſcriptione Apocalypſεως.* *Plur.* ܐܘܢܓܠܣܛ̈ܐ.

ܐܘܩܝܢܐ *m.* Anchora, ἄγκυρα, *Hebr.* 6: 19.

ܐܘܩܝܢܘܣ Bolis, perpendiculum nauticum, *Act.* 27: 28. Anchoræ, *verſſ.* 29. & 40.

ܐܘܪܘܩܠܝܕܘܢ Εὐροκλύδων, Euro aquilo, *ventus*, *Act.* 27: 14.

* אִזְגַּד *chald.* ܐܝܙܓܕܐ *m.* Legatus, nuncius. *In Targum ponitur pro pro Hebræo* צִיר *&* מַלְאָךְ: *vide Obad. verſ.* 1. *Job.* 1: 14. *Cum affix.* ܐܝܙܓܕܗ *Epheſ.* 6: 20. *Plur. emph.* ܐܝܙܓܕ̈ܐ Legati. *Luc.* 14: 32. 19: 14. *2 Cor.* 5: 20.

ܐܙܠ Ivit, abivit, profectus, ingreſſus, digreſſus eſt, diſceſſit, venit, ambulavit, irruit, vadere. *Sequente* ܒܬܪ *ſignificat* Sequi, ſectari. *Hoc præteritum invenies*, *Matth.* 9: 7. 9. 13: 25. 44. 46. 16: 4. 18: 30. 19: 15. 22. 21: 29. 30. 25: 16. 18. 26: 14. 42. 44. 27: 3. 5. *Marc.* 1: 35. 42. 2: 14. 3: 7. 5: 20. 24. 6: 27. 46. 10: 22. 14: 10. 39. *Luc.* 1: 38. 4: 20. 30. 42. 5: 13. 25. 28. 7: 14. 8: 39. 15: 13. 15. 19: 12. 22: 4. 39. 24: 12. *Joh.* 4: 47. 50. 5: 15. 6: 1. 8: 59. 9: 7. 10: 40. 11: 54. 12: 19. 36. *Actor.* 8: 27. 9: 17. 26. 10: 7. 23. 13: 13. 15: 38. 18: 22. 27. 20: 1. 13. 21: 26. 2 *Tim.* 4: 10. *Apoc.* 9: 12. 11: 14. 12: 17. 16: 2. 18: 14.

Obſervandum eſt, huic verbo propriam eſſe hanc anomaliam, quòd ubicunque ex analogia Grammaticæ Zain per Scheva efferretur, Lomad autem per vocalem, retrocedit vocalis illa in locum ſchevatis, & Lomad in

in pronunciatione occultatur. ܐܙܠܬ *f.* abiit. *Mar.* 7: 30. 16: 10. *Luc.* 1: 39. *Joh.* 4: 28. 11: 28.

ܐܙܠܬ *c.* abivi. *Matt.* 25: 25. *Joh.* 9: 11. *Gal.* 1: 17. 18. *Apoc.* 10: 9.

ܐܙܠܘ *m.* abierunt. *Matth.* 2: 9. 12. 13. 4: 20. 22. 25. 8: 33. 9: 19. 11: 7. 12: 15. 14: 13. 20: 5. 34. 21: 6. 22: 5. 15. 22. 27: 60. 66. 28: 16. *Marc.* 1: 18. 20. 6: 32. 8: 13. 10: 1. 11: 4. 12: 12. 16: 13. *Luc.* 2: 15. 7: 24. 9: 11. 52. 56. 10: 30. 19: 32. 22: 13. 39. 24: 24. *Joh.* 1: 40 *a.* 41. 6: 2. 66. 11: 31. 46. 18: 6. 20: 10. *Act.* 5: 22. 26. 36. 7: 13. 13: 43. 15: 39. 16: 38. Irruerunt, 19: 29. 20: 5. 2 *Petr.* 2: 15. *Jud.* 7. 11. *Apoc.* 21: 1.

ܐܙܠܝ *f.* abierunt, *Matth.* 25: 10. ܐܙܠܝܢ idem, *Matt.* 28: 8. 11.

ܐܙܠܢ *c.* abivimus, *Act.* 28: 14. ܐܙܠܢܢ idem, *Luc.* 9: 13.

Participium Benoni, ܐܙܠ *m.* abiens, *Matth.* 2: 9. 8: 9. 19. 15: 17. 18: 12. 26: 24. 58. *Marc.* 2: 23. 10: 52. 14: 21. *Luc.* 2: 3. 7: 6. 8. 11 8: 42. 9: 57. 12: 58. 13: 15. 22. 14: 19. 31. 15: 4. 17: 11. 19: 36. 22: 22. 24: 28. *Joh.* 7: 33. 8: 21. 22. 11: 8. 11. 44, *in hoc loco eſt Participium pro Infinitivo.* 13: 3. 33. 36. 14: 2. 4. 5. 12. 28. 16: 5. 10. 16. 17. 28. *Act.* 1: 10. 8: 39. 9: 3. 12: 9. 18: 6. 20: 22. 29. 25: 12. 26: 12. *Rom.* 15: 24. 25. 1 *Cor.* 16: 6. 1 *Tim.* 1: 3. *Hebr.* 11: 8. *Apoc.* 13: 10. 14: 4.

Fœm. ܐܙܠܐ abiens, *Matth.* 5: 13. 12: 45. *Luc.* 11: 24. 26. 14: 35. *Joh.* 11: 31. *Act.* 21: 2. 27: 6.

Plur. m. ܐܙܠܝܢ abeuntes, *Matth.* 7: 13. 10: 7. 21: 9. *Marc.* 6: 31. 33. 10: 32. 16: 12. *Luc.* 2: 41. 9: 57. 14: 25. 17: 14. 18: 39. 24: 13. 28. *Joh.* 6: 21. 10: 4. 18: 8. *Act.* 5: 36. 37. 8: 36. 9: 7. 16: 4. 16. *Gal.* 2: 14. 1 *Tim.* 5: 24. 2 *Petr.* 1: 16. 2: 10. 3: 17. *Jud.* 18.

ܐܙܠܝܢܢ *Jacob.* 4: 13, *ex* ܐܙܠܝܢ abeuntes & ܚܢܢ nos *compoſitum.*

Plur. f. ܐܙܠܢ abeuntes, *Apoc.* 16: 14. *Infinit.* ܠܡܐܙܠ abire, *Mat.* 14: 16. 24: 1. *Luc.* 8: 31. 9: 53. 10: 1. *Joh.* 6: 67. 7: 35. *Act.* 20: 3. 1 *Cor.* 10: 27, *vide hic varias Lectiones. Apoc.* 17: 8.

Imperat. ܙܠ *m.* abi. *Matt.* 2: 20. 4: 10. 5: 24. 41. 8: 4. 9. 13. 9: 6. 16: 23. 17: 27. 18: 15. 19: 21. 20: 14. 21: 2. 28. 26: 18. *Marc.* 1: 44. 5: 19. 8: 33. 10: 21. 11: 2. *Luc.* 5: 14. 24. 7: 8. 9: 60. 10: 37. 13: 31. 14: 10. 17: 19. 18: 22. 19: 30. *Joh.* 4: 50. 7: 3. 9: 7. *Act.* 8: 26. 9: 15. 10: 20. 11: 12. 22: 10. 21. 24: 25.

Fœm. ܙܠܝ abi. *Marc.* 5: 34. 7: 29. *Luc.* 7: 50. 8: 48. *Joh.* 4: 16. 20: 17.

Plur. m. ܙܠܘ abite. *Matth.* 2: 8. 8: 32. 9: 13. 10: 6. 11: 4. 20: 4. 7. 21: 2. 22: 9. 25: 41. 26: 18. 27: 65. 28: 19. *Marc.* 6: 38. 11: 2. 14: 13. 16: 5. *Luc.* 7: 22. 10: 3. 13: 32. 17: 14. 19: 30. 22: 8. 10. *Act.* 5: 20. 16: 36. 23: 23. *Jacob.* 2: 16. *Apoc.* 16: 1.

Plur. f. ܙܠܝܢ abite, *Matt.* 25: 9. 28: 7. 10. *Marc.* 16: 7.

Futur.

Futur. ܢܐܙܠ *m.* abibit. *Matt.* 2: 22. 16: 21. *Marc.* 5: 17. 37. *Luc.* 1: 17. 4: 42. 8: 37. 9: 51. 11: 5. 16: 28. 19: 28. *Joh.* 7: 35. 11: 7. 16. *Act.* 1: 25. 8: 20. 28. 18: 18. 27. 19: 21. 20: 11. 21: 4. 5. 12. 27: 37.

ܬܐܙܠ *m.* abibis. *Mar.* 9: 43. *Luc.* 1: 76. 14: 8. *Act.* 25: 20.

ܐܐܙܠ *c.* abibo. *Matt.* 2: 8. 8: 21. 26: 36. *Luc.* 9: 59. 61. 13: 33. 15: 18. *Joh.* 16: 7. 20: 15. *Act.* 22: 5. 1 *Cor.* 16: 4.

ܢܐܙܠܘܢ *m.* abibunt. *Matt.* 8: 18. 14: 15. 22. 25: 46. 28: 10. *Mar.* 6: 36. 45. *Luc.* 9: 12. *Act.* 7: 40. 14: 16. 17: 15. 23: 23. 27: 30. 1 *Cor.* 16: 4. 1 *Tim.* 4: 1. *Heb.* 11: 15. 2 *Petr.* 2: 2.

ܬܐܙܠܘܢ *m.* abibitis. *Mat.* 10: 5. *Luc.* 17: 23. 21: 8. *Joh.* 15: 16.

ܢܐܙܠ *c.* abibimus. *Matt.* 8: 31. 13: 28. 26: 46. *Mar.* 6: 31. 37. 14: 12. 42. *Joh.* 14: 31.

ܡܐܙܠܢܘܬܐ *a.* ܡܐܙܠܢܘܬܐ *f.* Peregrinatio, profectio.

ܐܙܡܪܓܕܐ *m.* Smaragdus (*Apoc.* 21: 19. *legitur* ܙܡܪܓܕܐ). *Plur. emph.* ܐܙܡܪܓܕܐ *Apoc.* 4: 3.

ܐܚܐ *vide* אחה.

ܐܚܕ *ex Hebræo* אָחַז, *dentali* ז *in lingualem* ד *mutatâ.* Prehendit, apprehendit, comprehendit, deprehendit, tenuit, continuit, detinuit, obtinuit, retinuit, ſuſtinuit, cepit, accepit, invaſit, corripuit, carpſit, habuit, cohibuit, poſſedit: Clauſit, clauſum tenuit.

ܐܚܕ ܗܘܐ ceperat, *Mat.* 14: 3. ܐܚܕ apprehendit, *Mar.* 5: 41. 8: 23. Invaſit, *Luc.* 4: 36. Cepit, *Luc.* 5: 26. Duraret, *Act.* 27: 20. Clauſit, *Apoc.* 20: 3.

ܐܚܕܗ apprehendit eum, *Matth.* 14: 31. 18: 28. *Marc.* 9: 27. *Luc.* 14: 4. *Joh.* 8: 20. *Act.* 3: 7. 12: 4. *Affixum redundat Mar.* 6: 17, & *Act.* 23: 19. *Sequente verbo ſubſtantivo*, invaſerat eum, *Luc.* 5: 9. Accepit eum, *Act.* 9: 27. Cepit eum, *Act.* 21: 33.

ܐܚܕܗ apprehendit eam, *Matth.* 9: 25. *Mar.* 1: 31. *Affixum eſt pleonaſticum Luc.* 8: 54.

ܐܚܕܬ *f.* Invaſit, *Luc.* 7: 16. Invaſerat, *cap.* 8: 37.

ܐܚܕܬ *c.* apprehendi, *Heb.* 8: 9. ܐܚܕܘ *m.* apprehenderunt, *Mat.* 21: 35. 39. 22: 6. *Luc.* 23: 26. *Act.* 1: 16. 5: 18. 7: 58. *Sequente verbo ſubſtantivo*, apprehenderant, *Act.* 18: 17. Ceperunt, *cap.* 23: 27.

ܐܚܕܘܗܝ ceperunt eum, *Matt.* 26: 50. *Affixum hoc* πλεονάζει *vſ.* 57. Apprehenderunt eum, *Mar.* 14: 46. 51. *Act.* 17: 19. *Affixum redundat Joh.* 18: 12. & *Act.* 16: 19. & 21: 30. Tenuerunt eum, *Luc.* 4: 42.

ܐܚܕܘܗܝ continuerunt eum *ſermonem*, Mar. 9 : 10, *affixo redundante.*
ܐܚܕܘܢܝ apprehenderunt me, *Act.* 22 : 11. 26 : 21.
ܐܚܕ̈ܝ *f.* apprehenderunt, Mat. 28 : 9.
ܐܚܕܬܘܢܢܝ *m.* apprehendiſtis me, Matt. 26 : 55. *Cum præfixo dolath*, ut apprehenderetis me, *ibid.* & *Mar.* 14 : 49.
ܐܚܕܢ *c.* cepimus, *Luc.* 5 : 5. Apprehendere, *Act.* 27 : 16, *in hoc poſteriori loco eſt enallage præteriti pro infinitivo.*
ܟܕ ܐܚܕܢܝܗܝ cum apprehendiſſemus eum, *Act.* 24 : 6.
Participium Benoni m. ܐܳܚܶܕ apprehendens, Mat. 12 : 11. *Capere*, Marc. 2 : 2, *eſt hîc Enallage Participii pro infinitivo.* Obtinens, *Luc.* 14 : 9. Comprehendens, 1 *Cor.* 3 : 19. Continens, *cap.* 9 : 25. *Jac.* 1 : 26. Claudens, *Apoc.* 3 : 7, *bis.*
Participium Peil m. ܐܚܝܕ tenens, Marc. 16 : 8. *Luc.* 3 : 17. *Act.* 3 : 11. 1 *Cor.* 7 : 25. *Col.* 2 : 19. 1 *Tim.* 3 : 4. *Heb.* 2 : 14. Clauſum *oſtium*, *Luc.* 11 : 7. *Act.* 5 : 23. Detinens, *Rom.* 7 : 6. 2 *Theſ.* 2 : 6. Retinens, *Apoc.* 2 : 13.
ܐܚܝܕ ܟܠ & ܟܠ ܐܚܝܕ Omnia tenens, omnia ſuſtinens, Omnipotens, παντοκράτωρ. 2 *Cor.* 6 : 18. *Hebr.* 1 : 3. *Apoc.* 1 : 8. 2 : 1. 4 : 8. 11 : 17. 15 : 3. 16 : 7. 14. 19 : 6. 15. 21 : 22.
Fœm. ܐܚܝܕܐ ܠܗ̇ ܗܘܬ corripiens *erat* eam febris, Matt. 8 : 14.
Plur. m. ܐܚܝܕܝܢ habentes, *Matt.* 14 : 5. 21 : 26. 46. Mar. 11 : 3. Claudentes, *Matth.* 23 : 14. Retinentes, *Mar.* 7 : 3. 8. *Luc.* 8 : 15. 1 *Cor.* 11 : 2. Apprehendentes, *Luc.* 22 : 63. *Act.* 9 : 8. Clauſæ *januæ*, *Joh.* 20 : 19. 26. Detinentes, *Rom.* 1 : 18. Retenta *peccata*, *Joh.* 20 : 23. Tenentes, *Jac.* 2 : 1. *Apoc.* 2 : 14. 15.
ܐܚܝܕܝܢܢ, *ex* ܐܚܝܕܝܢ & ܚܢܢ nos *vel* ſumus *compoſitum.* Obtinentes ſumus *vel* obtinemus, *Rom.* 3 : 9. Habemus, 2 *Cor.* 4 : 1. Poſſidemus, 2 *Cor.* 6 : 10.
Plur. f. ܐܚܝ̈ܕܢ detenti *oculi*, *Luc.* 24 : 16. Detentæ, 1 *Petr.* 3 : 19.
Infinit. ܠܡܐܚܕ Carpere, *Luc.* 11 : 54. 20 : 26. Comprehendere, *Joh.* 16 : 12. *Cum aff.* ܠܡܐܚܕܗ capere eum, Matth. 21 : 46. Ad apprehendendum eum, *Mar.* 3 : 21. Prehendere eum, *Mar.* 12 : 12. Apprehendere eum, *Joh.* 7 : 30. Claudere eam *portam*, *Apoc.* 3 : 8, *affixum in hoc poſteriori loco eſt pleonaſticum.*
ܠܡܐܚܕܢܝ ad comprehendendum me, 2 *Cor.* 11 : 32.
Imperat. ܐܚܘܕ *m.* Claude, Mat. 6 : 6. Tene, *Apoc.* 3 : 11. ܐܚܘܕܘ prehendite, *Matt.* 26 : 48. Tenete, 1 *Theſ.* 5 : 21. *Apoc.* 2 : 25. Habete *in honore*, 1 *Pet.* 3 : 7.
Cum aff. ܐܚܘܕܘܗܝ apprehendite eum, Mar. 14 : 44.
Futur. ܢܐܚܘܕ *m.* claudet, *Luc.* 13 : 25. 1 *Joh.* 3 : 17. Apprehenderet, *Act.* 13 : 11. Habeat, 1 *Cor.* 7 : 2.

ܬܐܚܘܕ

ܬܐܚܘܕܝܗ *f.* Habeat 1 *Cor.* 7: 2. Apprehendet, 2 *Tim.* 2: 17.
ܐܐܚܕܝܘܗܝ retinere eum, *Philem.* v. 13, *eſt hîc Enallage futuri pro infinitivo.*
ܢܐܚܕܘܢ *m.* teneant, 1 *Tim.* 3: 9. Habeant, *cap.* 6: 1. Claudant, *Apoc.* 11: 6. ܢܐܚܕܘܢܝܗܝ caperent eum, Mat. 26: 4. Mar. 14: 1. *Luc.* 20: 20. *Joh.* 7: 32. 10: 39. 11: 57.
ܬܐܚܕܘܢ *m.* retinueritis, *Joh.* 20: 23. ܬܐܚܕܘܢܝܗ habebitis eum, 2 *Theſſ.* 3: 15. ܕܬܚܕܘܢܢܝ ut apprehenderetis me, *Luc.* 22: 52, *excidit hîc prima radicis Olaph, quod in prima ſing. futuri ob præformantem Olaph communiter fit, (ut & hâc pag. lin. 2. videri poteſt) raro in aliis perſonis: vide Gram. Harm. Lud. de Dieu pag.* 267. 268.
Ethpeel ܐܬܐܚܕ, ܐܬܬܚܕ Prehenſus, apprehenſus, comprehenſus, deprehenſus, detentus, clauſus, concluſus fuit. ܐܬܬܚܕ *m.* clauſa eſt *janua*, Matth. 25: 10. ܐܬܬܚܕܘ clauſi ſunt, *Luc.* 4: 25. Clauſæ ſunt *januæ*, *Act.* 21: 30. *Futur.* ܕܢܬܬܚܕ *m.* ut detineretur, *Act.* 2: 24. ܢܬܬܚܕܘܢ *m.* claudentur, *Apoc.* 21: 25.
Aphel. ܐܘܚܕ *m.* Tenere, poſſidere fecit, poſſidendum dedit; Locavit, elocavit: Accendit, incendit. *Præt.* ܐܘܚܕܗ *m.* locavit eam *vineam*, Mat. 21: 33. Mar. 21: 1. *Luc.* 20: 9. ܐܘܚܕܘ *m.* accenderunt, *Luc.* 22: 55. *Act.* 28: 2. *Futur.* ܢܘܚܕ *m.* locabit, Matt. 21: 41.
ܐܘܚܕܢܐ *m.* Poſſeſſio: Robur, potentia, 1 *Petr.* 5: 11. *Jud.* v. 25. *Apoc.* 1: 6. 5: 13. ܕܐܘܚܕܢܗ poſſeſſionis *vel* ditionis ejus, *Luc.* 2: 1.
* אחה. *Hinc Hebr.* אָח, *Chald.* אַח, *emph.* אַחָא, *Syriacum* ܐܚܐ Frater. *Matt.* 10: 21. *Mar.* 13: 12. *Act.* 21: 16. *Rom.* 16: 23. 1 *Cor.* 1: 1. 5: 11. 6: 5. 6. 7: 12. 15. 2 *Cor.* 1: 1. *Epheſ.* 6: 21. *Phil.* 2: 25. 2 *Theſ.* 3: 15. *Col.* 4: 7. 9. *Philem. verſſ.* 1. 16. *Jacob.* 1: 9. 1 *Petr.* 5: 12. *Jud. v.* 1.
In ſing. numero cum affixis (excepto affixo ſing. primæ perſonæ) tertiam radicalem He ſibi reſtituit, & reſtitutam in Wau mutat quieſcentem in Ezozo. Ita & ſupra ܐܒܐ pater, *& infra* ܚܡܐ Socer.
ܐܚܘܗܝ frater ejus *vel* ſuus. *Matth.* 4: 18. 21. 5: 22. 10: 2. 14: 3. 17: 1. 18: 35. *Mar.* 1: 16. 19. 5: 37. 6: 3. 17. 12: 19. *Luc.* 3: 1. 19. 6: 14. 20: 28. *Joh.* 1: 41. 6: 8. 11: 1. *Act.* 12: 2. *Gal.* 1: 19. 1 *Theſ.* 4: 6. *Heb.* 8: 11. *Jac.* 4: 11. 1 *Joh.* 2: 9. 10. 11. 3: 10. 12. 14. 15. 17. 4: 20. 21. 5: 16. *In Titulo Epiſtolæ Judæ.*
ܐܚܘܗ frater ejus *f.* *Joh.* 11: 2; *ſed affixum hîc eſt pleonaſticum.*

ܐܚܘܟ frater tuus, *Matt.* 5: 23. 24. 7: 3. 4. 5. 18: 15. *Mar.* 6: 18. *Luc.* 6: 42. 15: 27. 32. 17: 3. *Rom.* 14: 10. 13. 15. ܐܚܘܟܝ frater tuus *f.* *Joh.* 11: 23.

Cum aff. ſing. primæ perſ. mutat ܘ *in* ܝ, *& format* ܐܚܝ (*ita & ſupra* ܐܒܐ Pater, ܐܒܝ pater meus) *Matt.* 12: 50. 18: 21. *Luc.* 6: 42. 12: 13. *Joh.* 11: 21. 32. *Act.* 9: 7. 22: 13. 1 *Cor.* 8: 13. 2 *Cor.* 2: 12. *Philem.* *v.* 20.

ܐܚܘܗܝܢ frater earum, *Joh.* 11: 19. ܐܚܘܢ frater noſter, *Rom.* 14: 21. 2 *Cor.* 8: 18. 22. 1 *Theſ.* 3: 2. *Hebr.* 13: 23. 2 *Petr.* 3: 15.

Plur. ܐܚܝ̈ܢ; *emph.* ܐܚܐ̈ fratres. *Matth.* 4: 18. 21. 19: 29. 20: 24. 22: 25. 23: 8. *Mar.* 12: 20. *Luc.* 16: 28. 18: 29. 20: 29. *Joh.* 21: 23. *Act.* 1: 16. 2: 29. 37. 7: 2. 26. 9: 29. 10: 23. 45. 11: 1. 29. 12: 17. 13: 15. 26. 38. 14: 2. 15: 1. 3. 7. 13. 22. 23. 32. 33. 36. 40. 17: 6. 9. 10. 14. 18: 18. 27. 21: 17. 22: 1. 5. 28: 14. 15. 21. *Rom.* 16: 14. 1 *Cor.* 14: 39. 15: 6. 16: 11. 12. 20. 2 *Cor.* 8: 23. 9: 3. 11: 9. 12: 18. *Gal.* 1: 2. *Epheſ.* 6: 23. *Phil.* 4: 21. *Col.* 1: 2. 4: 14. 1 *Theſſ.* 2: 9. 3: 7. 4: 9. 10. 2 *Theſſ.* 3: 1. 2 *Tim.* 4: 21. *Hebr.* 13: 1. 3 *Joh.* *v.* 3.

Cum aff. ܐܚܘ̈ܗܝ fratres ejus *m.* *Matth.* 1: 2. 11. 12: 46. 13: 55. *Mar.* 3: 31. *Luc.* 14: 26. *Joh.* 2: 12. 7: 3. 5. 10. *Act.* 1: 14. 7: 13. 23. 25. 1 *Cor.* 9: 5, *in hoc loco affixum redundat.* *Heb.* 2: 11. 17.

ܐܚܝ̈ܟ fratres tui, *Matth.* 12: 47. *Marc.* 3: 32. *Luc.* 8: 20. 14: 12. 22: 32. 1 *Tim.* 4: 6. 5: 1.

ܐܚܝ̈ fratres mei, *Matth.* 12: 48. 49. 25: 40. 28: 10. *Marc.* 3: 34. *Luc.* 8: 21. *Joh.* 20: 17. *Act.* 3: 17. 6: 3. 23: 1. 5. 6. 28: 17. *Rom.* 1: 13. 7: 1. 4. 8: 12. 9: 3. 10: 1. 11: 25. 12: 1. 15: 14. 30. 16: 17. 1 *Cor.* 1: 10. 11. 26. 2: 1. 3: 1. 4: 6. 5: 6. 7: 24. 29. 10: 1. 11: 2. 33. 12: 1. 14: 6. 20. 26. 15: 1. 31. 50. 58. 16: 12. 15. 2 *Cor.* 1: 8. 7: 2. 8: 1. 9: 5. *Gal.* 1: 11. 3: 15. 4: 12. 28. 31. 5: 11. 13. 6: 1. 18. *Epheſ.* 6: 10. *Phil.* 1: 12. 3: 1. 13. 17. 4: 8. 1 *Theſ.* 1: 4. 2: 1. 4: 1. 10. 13. 5: 1. 4: 12. 14. 25. 2 *Theſ.* 1: 3. 2: 1. *Philem.* *v.* 25. *Hebr.* 3: 1. 12. 6: 9. 10: 19. 13: 22. *Jacob.* 1: 2. 2: 1. 14. 3: 1. 10. 4: 11. 5: 7. 9. 12. 19. 2 *Petr.* 1: 10. 1 *Joh.* 3: 13.

ܐܚܝ̈ܗܘܢ fratres eorum *aut* ſui. *Act.* 4: 23. 1 *Tim.* 6: 2. *Hebr.* 7: 5.

ܐܚܝ̈ܟܘܢ fratres veſtri. *Matth.* 5: 47. *Luc.* 21: 16. *Act.* 3: 22. 7: 37. *Rom.* 12: 10. 16. 1 *Cor.* 6: 8. 8: 12. 1 *Petr.* 2: 17. 5: 9.

ܐܚܝ̈ܢ fratres noſtri. 1 *Theſſ.* 5: 26. 1 *Joh.* 3: 16.

אָחוֹת *Hebr.* Soror, *Chald.* אֲחָת *emph.* אַחְתָא, *Syriacè eſſet* ܐܚܬ *emph.* ܐܚܬܐ; *ſed prima radicis* ܐ *aphæreſin patitur*, *& dicitur*

ܚܬܐ Soror, *Luc.* 10: 39. 1 *Cor.* 7: 15. 9: 5. *Jacob.* 2: 15.

ܚܬܗ Soror ejus *m.* *vel* ſua. *Joh.* 11: 39. *Act.* 23: 16. *Rom.* 16: 15.

ܚܬܗ̇ Soror ejus *f.* *vel* ſua, *Joh.* 11: 28. 19: 25. ܚܬܟܝ Soror tua. 2 *Joh.*

2 *Joh.* v. 13. ܚܬܝ Soror mea, *Matt.* 12: 50. *Marc.* 3: 35. *Luc.* 10: 40. ܚܬܢ Soror noſtra. *Rom.* 16: 1. *Plur. emph.* ܐܚܘܬܐ Sorores. *Matt.* 19: 29. *Mar.* 10: 29. 30. ܐܚܘܬܗ *m.* Sorores ejus *m. vel* ſuæ. *Mat.* 13: 56. *Mar.* 6: 3. *Luc.* 14: 26. ܐܚܘܬܟܝ Sorores tuæ. 1 *Tim.* 5: 2.

ܐܚܘܬܐ *f. emph.* Fraternitas, 2 *Pet.* 1: 7, *bis*: *vide varias Lectiones.*

ܐܚܝܢܐ *m. emph.* Conſanguineus, cognatus, agnatus, propinquus. *Cum aff.* ܐܚܝܢܗ ܕܗܘ cognatus illius, *Joh.* 18: 26, *affixum hîc* πλεονάζει. ܐܚܝܢܝ cognatus meus. *Rom.* 16: 11. *Fœm. emph.* ܐܚܝܢܬܐ Conſanguinea, cognata, agnata, propinqua. ܐܚܝܢܬܟܝ conſanguinea tua, *Luc.* 1: 36. *Plur. m.* ܐܚܝܢܝܢ, *emph.* ܐܚܝܢܐ. *Cum aff.* ܐܚܝܢܘܗܝ propinqui ejus, *Mar.* 3: 21. ܐܚܝܢܝܟ cognati tui. *Luc.* 14: 12. ܐܚܝܢܝ Cognati mei. *Rom.* 16: 7. 21. ܐܚܝܢܝܟܘܢ cognati veſtri, *Luc.* 21: 16. *Plur. f. emph.* ܐܚܝܢܬܐ cognatæ.

ܐܚܪ *Aphel* ܐܘܚܪ Diſtulit, tardavit, commoratus eſt. *Matth.* 25: 5. *Participium præſens* ܡܘܚܪ tardans, *Matt.* 24: 48. *Luc.* 12: 45. 1 *Tim.* 3: 15. Tardus, *Jac.* 1: 19, *bis*; *in hoc poſteriori loco in nomen degenerat.* *Futur.* ܢܘܚܪ tardabit, *Hebr.* 10: 37. ܐܘܚܪ commorabor, 1 *Cor.* 16: 7.

ܐܚܪܢ Alius. *Matth.* 11: 3. *Marc.* 12: 32. *Luc.* 7: 19. 20. *Joh.* 4: 37. 5: 7. 32. 43. 15: 24. 21: 18. *Act.* 1: 20. 4: 12. 8: 34. 12: 17. 17: 21. 32. 19: 39. *Rom.* 7: 3. 4. 1 *Cor.* 1: 16. 15: 39. 40. 41. *Galat.* 1: 19. 5: 10. *Phil.* 2: 20. *Item* Adhuc, *Joh.* 12: 35. 13: 33. 14: 18.

Emphat. ܐܚܪܢܐ Alius. *Matth.* 5: 39. 6: 24. 8: 9. 21. 12: 31. 13: 5. 7. 8. 24. 33. 21: 30. 33. *Marc.* 4: 5. 7. 8. 10: 12. 11: 12. 12: 4. 5. 31. 58. *Luc.* 6: 29. 7: 8. 8: 6. 7. 8. 9: 59. 61. 13: 33. 14: 19. 20. 16: 7. 13. 17: 34. 36. 18: 10. 19: 20. 20: 11. 22: 58. 59. *Joh.* 1: 35. 44. 12: 12. 14: 16. 18: 16. 19: 32. 36. 20: 2. 3. *Act.* 4: 3. 5. 12. 7: 18. 26. 10: 9. 24. 14: 20. 16: 11. 17: 7. 20: 7. 15. 21: 1. 8. 18. 26. 22: 30. 23: 32. 24: 27. 25: 6. 17. 23. 27: 3. 18. *Rom.* 7: 3. 23. 13: 9. 1 *Cor.* 3: 4. 10. 12: 8. 9. 10. 14: 21. 30. 2 *Cor.* 11: 4. 1 *Tim.* 6: 3. 2 *Tim.* 2: 17. *Hebr.* 4: 7. 8. 7: 11. 15. *Apoc.* 2: 24. 6: 4. 7: 2. 8: 3. 10: 1. 13: 11. 14: 6. 8. 9. 15, 17. 18. 17: 10. 18: 1. 4. 20: 12.

Fœm. emph. ܐܚܪܬܐ Alia. *Mat.* 2: 12. 10: 23. 19: 9. 26: 71. 27: 61. 28: 1. *Mar.* 10: 11. 16: 12. *Luc.* 6: 6. 16: 18. 17: 35. *Joh.* 6: 22. *Act.* 13: 35. 42. 44. *Rom.* 8: 39. 1 *Cor.* 3: 11. 2 *Cor.* 11: 4. *Gal.* 1: 6. *Hebr.* 5: 6. 6: 1. 7: 13. *Jacob.* 2: 25. 5: 12. *Apoc.* 12: 3. 15: 1.

Plur. m. ܐܚܪܢܝܢ Alii, *Luc.* 23: 32. *Joh.* 19: 18. 21: 2. *Emph.*

ܐܚܪ̈ܢܐ Alii, *Matt.* 4: 21. 15: 30. 16: 14. 20: 3. 6. 21: 8. 36. 41. 22: 4. 26: 67. 27: 42. *Mar.* 6: 15. 8: 28. 11: 8. 12: 5. 9. 15: 31. *Luc.* 9: 8. 19. 10: 1. 11: 16. 20: 16. 23: 35. *Joh.* 4: 38. 7: 12. 41. 9: 16. 10: 16. 21. 18: 15. 34. 21: 8. *Act.* 2: 13. 5: 13. 8: 7. 12: 6. 15: 2. 35. 17: 18. 34. 19: 32. 27: 1. 44. 28: 24. *Rom.* 2: 21. 15: 14. 1 *Cor.* 9: 2. 12. 27. 10: 29. 14: 19. 2 *Cor.* 3: 1. 8: 13. 23. 10: 15. 16. 13: 2. *Gal.* 6: 4. *Epheſ.* 3: 5. 1 *Theſ.* 2: 6. 2 *Tim.* 2: 2. *Hebr.* 11: 35. 36. 37. *Jud. v.* 7.
Plur. ܐܚܪ̈ܢܝܢ *f.* Matt. 12: 45. 25: 16. 17. *Luc.* 11: 26. 2 *Cor.* 1: 13.
Emph. ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ Aliæ, *Matt.* 25: 11. *Mar.* 4: 19. 36. 7: 4. 15: 41. *Luc.* 3: 18. 4: 43. 8: 3. 22: 65. 24: 1. *Joh.* 6: 23. 20: 30. 21: 25. *Act.* 2: 40. 5: 6. 19: 32. 26: 11. 2 *Cor.* 11: 8. 12: 13.

ܐܚܪܝܐ *m. emph.* Poſtremus, ultimus, noviſſimus. *Matt.* 20: 14. *Mar.* 9: 35. *Luc.* 12: 59. *Joh.* 6: 39. 44. 54. 7: 37. 11: 24. 12: 48. *Act.* 27: 41. 1 *Cor.* 15: 26. 45. 1 *Joh.* 2: 18. *Apoc.* 1: 17. 2: 8. 22: 13.
Fœm. emph. ܐܚܪܝܬܐ *Mat.* 27: 64. *Luc.* 14: 9. 1 *Cor.* 1: 8. 15: 52. 2 *Cor.* 1: 13. *Forma conſtructa* ܐܚܪܝܬ *adverbialiter quandoque ſumitur, & ſignificat,* Tandem, poſteà, poſtremò, *Mat.* 4: 2. 26: 60. *Mar.* 4: 28. 16: 14. *Plur. m. emph.* ܐܚܪ̈ܝܐ *Matth.* 19: 30. 20: 16. *Mar.* 10: 31. *Luc.* 13: 30. *Act.* 2: 17. 1 *Cor.* 4: 9. 1 *Tim.* 4: 1. 2 *Tim.* 3: 1. *Hebr.* 1: 1. *Jacob.* 5: 3. 1 *Petr.* 1: 5. *Apoc.* 2: 19.
Plur. f. emph. ܐܚܪ̈ܝܬܐ Poſtremæ, ultimæ. *Apoc.* 15: 1. 21: 9.

ܚܪܬܐ *f. emph.* Finis, pars poſterior, extremum, poſtremum, ultimum. *Prima radicalis* ܐ *aphæreſin paſſa eſt. Matt.* 24: 13. 26: 58. *Mar.* 13: 7. 13. 14: 41. *Luc.* 14: 10. 21: 9. *Joh.* 13: 1. 1 *Cor.* 15: 8. 24. 1 *Theſ* 2: 16. *Hebr.* 3: 6. 6: 11. *Jacob.* 5: 11. 1 *Petr.* 4: 7. 17.
(*Cum præfixo* ܒ & ܠ *quandoque periphraſin adverbii facit*: ܒܚܪܬܐ noviſſimè, *Matth.* 22: 27. *Luc.* 20: 32. Tandem, *Matth.* 25: 11. ܠܚܪܬܐ Idem, *Luc.* 4: 2. *Marc.* 12: 6. *Joh.* 13: 36.)
Cum aff. ܚܪܬܗ, *Marc.* 4: 38. *Act.* 27: 29. *Hebr.* 6: 8. ܚܪܬܗܘܢ *Rom.* 6: 22. 2 *Cor.* 11: 15. *Phil.* 3: 19. 1 *Petr.* 1: 20. 2 *Petr.* 2: 20.

ܬܘܚܪܬܐ *f. emph.* Mora. *Cum aff.* ܬܘܚܪܬܗ *Luc.* 1: 21, *vide varias Lectiones.*

ܐܚܝܐ *vide* ܐܚܐ

ܐܘܓ *a.* ܐܘܓ Εὖ εὖγε, Euge, *interjectio gaudentis & laudantis*, *Matt.* 25: 21. 23. *Luc.* 19: 17.

ܐܝܟ (*Hebr. Chald. & Rabb.* איך *vel* היך.) Quomodo, qualiter, ut, ſicut, quemadmodum, quaſi, tanquam, circiter. *Luc.* 3: 23. 9: 28. *Joh.* 1: 39. *Act.* 1: 12. 2: 41. *Apoc.* 2: 27. 6: 1.

6:1. 16:21. juxta, ſecundum, *Matt.* 2:16. *Act.* 11:15. *Apoc.* 20:12.13. ܐܝܟ ܕ Ut, quò, *Matth.* 2:13. 23. 12:10. Quomodo, ut, ſicut, tanquam, quaſi. *Matth.* 12:14. *Marc.* 14:8. *Joh.* 21:25. 1 *Petr.* 4:12. 2 *Petr.* 1:19. 2:1. ܕܐܝܟ ܕ Quaſi, *Luc.* 24:28. ܐܝܢܐ ܕܐܝܟ ܕ Qualis, *Apoc.* 16:18. ܐܝܠܝܢ ܐܝܟ Quales? 2 *Petr.* 3:11. ܗܢܐ ܐܝܟ Talis, *Matth.* 9:8. ܗܠܝܢ ܐܝܟ Tales, *Marc.* 4:33. 3 *Joh. v.* 8. ܗܢܐ ܐܝܟ Tantus, *Apoc.* 18:16. ܐܝܟܢܐ ܕ Quemadmodum, ſicut. *Ad lit.* juxta id quod: *nam compoſitum eſt ex* ܐܝܟ juxta & ܡܐ quid, & *hoc ante pronomen relativum* ܕ *ſignificat* id; *invenies ita, Act.* 22:5. 27:25. 2 *Cor.* 12:20. *Epheſ.* 4:4. 3 *Joh. vſſ.* 2. 6. *Conf. varias lectiones*, 2 *Joh. v.* 6. & 3 *Joh. v.* 3.

ܐܝܟܐ Ubi, ubinam? *Interrogativè aliquando ponitur, aliquando non Marc.* 14:12. *Joh.* 11:34. 20:2. *Apoc.* 2:13. (ܐܝܟܐ ܕܡܘܡܐ ܠܐ ܡܫܬܟܚ ܒܗ 1 *Tim.* 3:2, *pro eo in Pariſ. & Angl. Edit. legitur* ܐܝܢܐ ܕܡܘܡܐ ܠܐ ܡܫܬܟܚ ܒܗ in quo nævus non reperitur; *hæc lectio videtur eſſe melior.*) ܐܝܟܐ ܕ Idem. *Matt.* 2:9. 6:20. 21. 25:26. *Mar.* 14:14. *Luc.* 2:7. 22:11. 2 *Petr.* 2:11. *Apoc.* 2:13, *bis.* 11:8. 12:6. 14. 17:15. 20:10. Quum, 1 *Cor.* 3:3. Sicut, 1 *Cor.* 5:7. ܐܝܟܐ ܕ Ubi, ubinam, *Matt.* 2:4. 2 *Petr.* 3:4. ܐܝܟܘ Ubi eſt, *Matt.* 2:2. *Compoſitum eſt ex* ܐܝܟܐ & ܗܘ. ܠܐܝܟܐ Quò, *Luc.* 17:37. *Joh.* 3:8. *Act.* 27:39. *Hebr.* 11:8. 1 *Joh.* 2:11. ܠܐܝܟܐ ܕ Quocunque, *Apoc.* 14:4. ܡܢ ܐܝܟܐ Unde? *Matt.* 25:26. *Jac.* 4:1. *Apoc.* 2:5. 7:13.

ܐܝܟܢܐ ܐܝܟܢ Quomodo. *Interrogativè quandoque uſurpatur, quandoque non. Matth.* 16:11. *Act.* 2:8. *Rom.* 6:2. 1 *Joh.* 3:17. *Apoc.* 3:3. Quemadmodum, *Hebr.* 4:3. Ut, *Apoc.* 6:4. 19:18. ܕܐܝܟܢܐ Quomodo, *Philip.* 1:8. ܐܝܟܢܐ ܕ Quemadmodum, ſicut, *Mat.* 1:24. 6:12. 13:40. 28:18. 2 *Petr.* 3:15. 2 *Joh. v.* 4. *Apoc.* 3:21. Ut, *Mar.* 3:6. *Joh.* 3:16. *Apoc.* 2:10. 21. 3:9. 11. 12:6.

ܐܝܠ *m.* Deus. *Hebr.* אֵל, *ab* אַיִל fortitudo. *Matt.* 27:46, *bis. Mar* 15:34, *bis.*

ܐܝܠܝܢ

ܐܝܠܝܢ *vide* ܐܝܢܐ.

ܐܝܠܢܐ *m.* Arbor. M*atth.* 3: 10. 7: 17, *bis.* 18, *bis.* 19. 12: 33, *ter.* 13: 32. *Luc.* 3: 9. 6: 43, *bis.* 44. 13: 19. *Apoc.* 9: 4.

Plur. ܐܝܠܢܝܢ Arbores, *Jud. v.* 12. *Emph.* ܐܝܠܢܐ Arbores, M*at.* 3: 10. 21: 8. *Marc.* 8: 24. 11: 8. *Luc.* 3: 9. 21: 29. *Apoc.* 7: 1. 3. 8: 7.

* ܡܛܠ מטל ܡܛܠ Propter, pro, de. *Chald.* מְטוּל, אַמְטוּל, אַמְטוּלָא: Propter, *Mat.* 5: 10. *Mar.* 4: 17. *Rom.* 4 : 25. ܡܛܠ ܗܢܐ *vel*

[illegible]

ܡܛܠܗܕܐ *ad verb.* propter hoc, propterea, ideo, *Matt.* 12: 27. 31. 23: 34. *Act.* 26: 19. 2 *Cor.* 4: 13. ܡܛܠ ܗܕܐ *vel* ܡܛܠܗܕܐ Idem: *vide & ſupra in* ܗܘ ܗܢܐ. ܡܛܠܡܢܐ propter quid, cur, quare? ܡܛܠ *recipit affixa inſtar nominum pluralium fœm. generis, ut* ܡܛܠܬܗ de ipſo, *Mar.* 7: 25. ܡܛܠܬܝ propter me, *Mat.* 5: 11. ܕܡܛܠܬܗܘܢ propter quos, 2 *Petr.* 2: 2; *affixum hîc* πλεονάζει. ܡܛܠܬܟܘܢ propter vos, *Phil.* 2: 19. 2 *Petr.* 3: 9.

ܡܛܠ *cum ſequente* ܕ *valet* Propterea quòd, eò quòd, quoniam, quia, quandoquidem, cùm, quò, ut. Propterea quod, *Mat.* 2: 18. Quò, ut, *Mar.* 3: 10. *Joh.* 7: 23. *Rom.* 4: 25. 2 *Cor.* 1: 6.

ܡܛܪ מָטַר *Arab.* مطر Pluit *cœlum*, compluit. *Paël* ܡܛܰܪ *m.* Pluit. *Futur.* ܢܡܛܪ *m.* pluat, *Apoc.* 11: 6; *vide var. Lect.* *Aphel* ܐܡܛܪ *m.* Pluit, depluit, pluviam demiſit, fecit, ſivit ut plueret. *Hebr.* הִמְטִיר, *Chald.* אַמְטַר, *Sam.* אמטר. Pluere fecit, *Luc.* 17: 29.

ܡܛܪܐ *m. emph.* Pluvia. *Hebr.* מָטָר, *Chald.* מְטַר, *emph.* מִטְרָא, *Arab.* مَطَر מַטַּרן. *Mat.* 7: 25. 27. *Luc.* 12: 54. *Act.* 14: 16. 28: 2. *Hebr.* 6: 7. *Jacob.* 5: 17. 18. *Jud. v.* 12. *Apoc.* 11: 6.

ܡܛܪܐ ܒܟܝܪܐ ܘܠܩܝܫܐ pluvia tempeſtiva *vel* primigenia & ſerotina, *Jacob.* 5: 7. ܡܛܪܗ pluvia ſua, *Mat.* 5: 45.

ماه מָאהּ *pro* מָיַהּ ماه *Arab.* Aquâ ſcaturivit *vel* abundavit *puteus. Mediâ* و idem.

ܡܝܐ *Plur. m. emph.* Aqua, aquæ. *Non niſi hâc formâ emphaticâ uſurpatur. Hebr.* מַיִם, *Chald.* מַיִן, *emph.* מַיָּא, *Arab.* ماء מַאאן. *Mat.* 3: 11. 16. 8: 32. 12: 43. 14: 25. 26. 28. 29. 17: 15. 27: 24. *Mar.* 1: 8. 10. 5: 13. 6: 48. 49. 9: 22. 41. 14: 13. *Luc.* 3: 16. 5: 3. 7: 44. 8: 24. 11: 24. 14: 2. 16: 24. 22: 10. *Joh.* 1: 26. 31. 33. 2: 7. 9. 3: 5. 23. 4: 6. 7, *bis.* 10. 11. 13. 14, *ter.* 15. 46. 5: 3. 4. 7. 9: 11. 13: 5. 19: 34. *Act.* 1: 5. 8: 36. 38. 39. 10: 47. 11: 16. *Eph.* 5: 25. 1 *Tim.* 5: 23. *Hebr.* 9: 19. 10: 23. *Jacob.* 3: 11. 12. 1 *Petr.* 3: 20. 2 *Petr.* 2: 17. 3: 5, *bis.* 6. 1 *Joh.* 5: 6. 8. *Apoc.* 1: 15. 7: 17. 8: 7. 10. 11. 11: 6. 12: 15. 14: 2. 7. 16: 4. 5. 12. 17: 1. 15. 19: 6. 21: 6. 22: 1. 17.

ܡܝܠܐ *m. emph.* Milliare, *intervallum mille paſſuum. Chald.* מִיל, *Arab.* ميل מִילן. *Matt.* 5: 41.

ܡܟܟ ܡܟ *m.* Stratus, dejectus, ſubmiſſus, humiliatus eſt. ܡܟ *m.* humiliatus eſt, *Hebr.* 2 : 9; *punctatur cum Dſekopho loco Pethocho, ex forma quieſcentium mediâ Wau.*

Paël ܡܟܟ *m.* Demiſit, ſubmiſit, depreſſit, humiliavit, *Phil.* 2 : 8. ܡܟܟܬ *c.* humiliaverim, 2 *Cor.* 11 : 7. *Partic. præſ.* ܡܡܟܟ *m.* humilians, *Mat.* 18 : 4. *Jacob.* 4 : 6. *Futur.* ܢܡܟܟܢܝ *m.* humiliet me, 2 *Cor.* 12 : 21.

Ethpaal ܐܬܡܟܟ *m.* Demiſit, humiliavit ſe, ſtratus, demiſſus, depreſſus, humiliatus eſt. *Imperat.* ܐܬܡܟܟܘ *m.* humiliate vos, *Jac.* 4 : 9. 10. 1 *Petr.* 5 : 6. *Futur.* ܢܬܡܟܟ *m.* humiliabitur, *Mat.* 23 : 12. *Luc.* 14 : 11. 18 : 14. ܕܐܬܡܟܟ *c.* ut me humiliem, *Phil.* 4 : 12. ܢܬܡܟܟܘܢ *m.* deprimentur, *Luc.* 3 : 5.

Aphel ܐܡܟ *m.* Idem *quod Paël* ܐܡܟܬܝܗܝ *m.* humiliaſti eum, *Hebr.* 2 : 7. *Futur.* ܢܡܟ *m.* humiliabit, *Matt.* 23 : 12. *Luc.* 14 : 11. 18 : 14. Humiliare, *Hebr.* 5 : 2; *eſt hîc futurum cum præfixo dolath loco infinitivi.*

ܡܟܝܟ *m.* Depreſſus, demiſſus, humilis, manſuetus, mitis, lenis. *Chald.* מְכִיךְ. Humilis, *Mat.* 11 : 29. Manſuetus, *cap.* 21 : 5. Humilis, 2 *Cor.* 10 : 1. Lenis, 1 *Tim.* 3 : 3. Manſuetus, 2 *Tim.* 2 : 24.

Emph. ܡܟܝܟܐ *m.* humilis, *Jacob.* 1 : 9. *Fœm.* ܡܟܝܟܐ manſueta, *cap.* 3 : 17. *Emph.* ܡܟܝܟܬܐ *f.* manſueto *ſpiritu*, 1 *Cor.* 4 : 21. *Gal.* 6 : 1. Manſueta, *Jacob.* 3 : 13. Manſueto *ſpiritu*, 1 *Petr.* 3 : 4.

Plur. maſc. ܡܟܝܟܝܢ depreſſi, *Rom.* 12 : 16. Manſueti, *Tit.* 3 : 2. 1 *Petr.* 3 : 8. *Emph.* ܡܟܝܟܐ manſueti, *Mat.* 5 : 5. Humiles, *Luc.* 1 : 52. 2 *Cor.* 7 : 6. 1 *Theſ.* 2 : 7. *Jacob.* 4 : 6. Manſueti, lenes, 1 *Petr.* 2 : 18. Humiles, *cap.* 5 : 5.

ܡܟܝܟܘܬܐ *f. emph.* Humilitas, humiliatio, manſuetudo, modeſtia, lenitas, demiſſio, depreſſio. Humilitas, *Act.* 20 : 19. Manſuetudo, *Gal.* 5 : 22. Humilitas, *Col.* 2 : 23. Manſuetudo, 1 *Tim.* 6 : 11. 2 *Tim.* 2 : 25. *Jacob.* 1 : 21. 1 *Petr.* 3 : 16.

Conſtr. ܡܟܝܟܘܬ demiſſio, *Eph.* 4 : 2. Lenitas, *Phil.* 2 : 3. Humilitas, *Col.* 2 : 18. 3 : 12. 1 *Petr.* 5 : 5.

ܡܟܝܟܘܬܗ humilitas ejus, 2 *Cor.* 10 : 1; *affixum hîc* πλεονάζει. ܡܟܝܟܘܬܟܘܢ lenitas veſtra, *Phil.* 4 : 5. ܡܟܝܟܘܬܢ humilitas noſtra, *Act.* 24 : 4.

ܡܟܘܟܐ

ܡܟܝܟܘܬܐ *m. emph.* Idem. Humilitas, *Luc.* 1 : 48. ܡܟܝܟܘܬܗ depreſſio ſua, *Act.* 8 : 32. Humilitas ſua, *Jacob.* 1 : 10. ܡܟܝܟܘܬܢ humilitas noſtra, *Phil.* 3 : 21.

* מכל ܡܟܒܠܐ *vide ſupra pag.* 300.

مَكَسَ מכס *Arab.* De pretio detraxit emendo, & vendendo, & rem venalem vitii arguit. *Conjug.* II Obtulit pretium in emptione, licitatus fuit. Tributum collegit, cepitve, *ita* & decimas, & vectigal.

ܡܟܣܐ *m. emph.* Publicanus, telonarius. *Rabb.* מוֹכֵס. *Eſt nomen formæ Benoni Kal vel Peal. Matth.* 10: 3. 18: 17. *Luc.* 5: 27. 18: 10. 11. 13. *Plur. emph.* ܡܟܣܐ Mat. 9 : 9. 10. 11. 11 : 19. 21 : 31. 32. Marc. 2: 14. 15. 16. *Luc.* 3: 12. 5: 27. 29. 30. 7: 29. 34. 15: 1. 19: 2.

ܡܟܣܐ *m. emph.* Vectigal, tributum, cenſus. *Rabb.* מֶכֶס, *emph.* מִכְסָא, *Arab.* مَكْس מַכְסִין. Tributum, *Matth.* 17 : 25. *Rom.* 13 : 7, *bis.*

ܡܟܪ *m.* Deſpondit, deſponſavit. *Hebr.* מָכַר vendidit, *Chald.* מְכַר idem *quod Hebr.* & *Syr.* ܡܟܪܬܟܘܢ *c.* deſpondi vos, 2 *Cor.* 11 : 2. *Peïl fœm.* ܡܟܝܪܐ deſponſata, *Mat.* 1 : 18. *Luc.* 1 : 27. *Emph.* ܡܟܝܪܬܐ. *Cum aff.* ܡܟܝܪܬܗ deſponſata ſua, *cap.* 2 : 5.

ܡܠܐ *m.* Plenus, impletus, completus fuit, *de tempore;* complevit, implevit, replevit. Hauſit [*implet enim vas qui haurit aquam : vide Animadv. Lud. de Dieu in Jeſ.* 2 : 6.]. Locutus eſt, *i.q.* ܡܠܠ *c.* ܠܒܐ locutus eſt ad cor *i.e.* conſolatus eſt. *Heb.* מָלֵא, *Chald.* מְלָא מְלֵי, *Sam.* ࠌࠋࠀ מלא, *Arab.* مَلَأَ מָלָא, *Æth.* መልአ : מלא. Implevit, *Mar.* 15 : 36. *Act.* 5 : 3. ܡܠܝܗܝ implevit illud *thuribulum*, *Apoc.* 8 : 5. ܡܠܝܗ implevit eam, *Matth.* 27 : 48. ܡܠܬ *f.* impletum eſt rete, *cap.* 13 : 48. ܡܠܘ *m.* completi eſſent *octo dies*, *Luc.* 2 : 21. impleverunt, *cap.* 5 : 7. *Joh.* 2 : 7. 9. 6 : 13. 19 : 29. ܡܠܝ *f.* completi eſſent *anni*, *Act.* 7 : 30. ܡܠܝܬܘܢܝܗ repleviſtis eam, *cap.* 5 : 28; *affixum hîc eſt pleonaſticum.*

Benoni

Benoni ܗܘܐ ܡܡܠܐ *m.* impleret, *Act.* 14 : 16. *Plur. maſc.* ܡܡܠܝܢ ܗܘܝܢ ܒܠܒܟܘܢ *m.* loquebamur ad cor veſtrum, *i. e.*, conſolabamur vos, 1 *Theſ.* 2 : 11; *hoc Troſtius in ſuo Lexico refert ad* ܡܠܠ.

Peïl ܡܠܐ *m.* plenus, expletus, impletus, repletus, *Luc.* 5 : 12. 11 : 39. *Joh.* 1 : 14. 19 : 29. *Act.* 6 : 5. 8. 7 : 55. 9 : 1. 13 : 10. 26 : 11. 2 *Cor.* 7 : 4. *Phil.* 4 : 18. *Fœm.* ܡܠܝܐ *Joh.* 21 : 11. *Act.* 17 : 16. *Jacob.* 3 : 17. *Conſtr.* ܡܠܝܬ *Luc.* 1 : 28. *Eph.* 3 : 10. *Plur. maſc.* ܡܠܝܢ *Mat.* 14 : 20. 23 : 25. 27. 28. *Marc.* 6 : 43. 8 : 19. 20. *Act.* 6 : 3. *Rom.* 1 : 19. 15 : 14. *Phil.* 1 : 11. *Conſtr.* ܡܠܝ pleni *maculis*, 2 Petr. 2 : 13. *Plur. fœm.* ܡܠܝܢ 1 Petr. 1 : 22. 2 *Petr.* 2 : 14. *Apoc.* 4 : 6. 8. 15 : 7. 21 : 9.

Infinit. ܠܡܡܠܐ implere, *Luc.* 15 : 16. *Imperat.* ܡܠܘ *m.* implete, *Joh.* 2 : 7. *Futur.* ܢܡܠܐ *m.* impleret, *Luc.* 16 : 21. ܢܡܠܝܟܘܢ impleat vos, *Rom.* 15 : 13. 2 *Theſ.* 1 : 11. ܬܡܠܐ *f.* hauriret, *Joh.* 4 : 7. ܬܡܠܝܢܝ *m.* replebis me, *Act.* 2 : 28. ܢܡܠܠܘܢ ܒܠܒܗܝܢ Loquerentur ad cor earum, *i. e.*, conſolarentur eas, *Joh.* 11 : 19; *hoc Troſtius in ſuo Lexico refert ad* ܡܠܠ.

Ethpeel ܐܬܡܠܝ *m.* Completus, expletus, impletus, repletus fuit. *Matt.* 22 : 10. *Luc.* 1 : 67. *Joh.* 12 : 3. *Act.* 4 : 8. 5 : 17. 13 : 9. 24 : 25. *Apoc.* 15 : 8. ܐܬܡܠܝܬ *f.* repleta eſt, *Luc.* 1 : 41. 2 *Cor.* 10 : 6. ܐܬܡܠܝܘ *m.* repleti ſunt, *Luc.* 4 : 28. 5 : 26. 6 : 11. *Act.* 3 : 10. 4 : 31. 7 : 54. 13 : 45. 19 : 28.

Imperat. ܐܬܡܠܘ *m.* repleamini, *Eph.* 5 : 18. *Futur.* ܐܬܡܠܐ *c.* implear, 2 *Tim.* 1 : 4.

Paël ܡܠܝ *m.* Implevit, ſupplevit, complevit, perfecit; plenus fuit. Implevit, *Act.* 3 : 18. Compleviſſet *ſibi duos annos*, *cap.* 24 : 27. Implevit, *Rom.* 13 : 8. ܡܠܝܘ *m.* ſuppleverunt, 1 *Cor.* 16 : 17. 2 *Cor.* 11 : 9.

Partic. *præſ.* ܡܡܠܐ *m.* ſupplens, 1 *Cor.* 14 : 16. 2 *Cor.* 9 : 12. *Col.* 1 : 24. Plur. *maſc.* ܡܡܠܝܢܬܘܢ impleatis, *Gal.* 6 : 2; *ex* ܡܡܠܝܢ implentes & ܐܢܬܘܢ vos *vel* eſtis *compoſitum.* Partic. *præt. fœm.* ܡܡܠܝܐ impletum *eſt gaudium*, *Joh.* 3 : 30.

Imperat. ܡܠܘ *m.* implete, *Mat.* 23 : 34. *Futur.* ܢܡܠܐ *m.* impleat, *Gal.* 5 : 3. Phil. 2 : 30. 4 : 19. ܐܡܠܐ *c.* impleam, *Matth.* 5 : 17. *Rom.* 15 : 19. ܢܡܠܐ *c.* impleamus, *Matth.* 3 : 15.

Ex

Ex Paël ܡܰܠܺܝ, *aſcita pro more literâ* ܫ, *formatur* Paël *quadratum* ܫܰܡܠܺܝ *m.* Implevit, adimplevit, replevit, complevit; perfecit, abſolvit, conſummavit. ܫܰܡܠܝܳܗ̇ compleverit eam *promiſſionem*, *Act.* 13 : 33. Partic. *præſ.* ܡܫܰܡܠܶܐ *m.* implens, *Eph.* 1 : 23. *Col.* 4 : 17. Plur. *maſc.* ܡܫܰܡܠܶܝܬܽܘܢ adimpletis, *Jacob.* 2 : 8; *ex* ܡܫܰܡܠܶܝܢ adimplentes & ܐܢ݈ܬܘܢ vos *vel* eſtis *compoſitum.* Partic. *præt.* ܡܫܰܡܠܰܝ *m.* Plenus, completus, repletus, perfectus, conſummatus. *Act.* 11 : 24. 1 *Joh.* 4 : 18. *Maſc. emph.* ܡܫܰܡܠܝܳܐ [*vel per Mhaghjono* ܡܫܰܡܠܝܳܐ] *Jacob.* 1 : 4. 1 *Joh.* 4 : 18. *Fœm.* ܡܫܰܡܠܝܳܐ *Joh.* 16 : 24. 17 : 13. 1 *Joh.* 1 : 4. 2 *Joh. v.* 12. *Fœm. emph.* ܡܫܰܡܠܰܝܬܳܐ *Marc.* 4 : 28. *Jacob.* 1 : 17. Plur. *maſc.* ܡܫܰܡܠܰܝܢ *Apoc.* 3 : 2. 6 : 11. *Emph.* ܡܫܰܡܠܝܶܐ *Col.* 4 : 12. ܡܫܰܡܠܰܝܬܽܘܢ impleti eſtis, *Rom.* 15 : 14; *conſtat ex* ܡܫܰܡܠܰܝܢ impleti & ܐܢ݈ܬܘܢ vos *vel* eſtis. *Futur.* ܐܶܫܰܡܠܶܐ *c.* impleam, *Col.* 1 : 25.

Ethpaal ܐܶܬܡܰܠܺܝ *m.* Impletus, completus, perfectus eſt; perfectum ſe reddidit. Impletum eſt, *Matt.* 2 : 17. Impletus eſt, *cap.* 22 : 10. Impletum eſt, *cap.* 27 : 9. ܐܶܬܡܰܠܺܝܘ *m.* impleti ſunt, *Luc.* 1 : 23. 2 : 6. 22. *Act.* 2 : 1. 4. Partic. ܡܶܬܡܰܠܶܐ *m.* Implebatur, *Luc.* 2 : 40. Completur, *Gal.* 5 : 14. Plur. *maſc.* ܡܶܬܡܰܠܶܝܢ implerentur, *Luc.* 9 : 51. Plur. *fœm.* ܡܶܬܡܰܠܝܳܢ implebuntur, *cap.* 1 : 20; *hoc & ad Ethpeel referri poſſet.*

Futur. ܢܶܬܡܰܠܶܐ *m.* implebitur, *Matt.* 1 : 22. 2 : 15. 23. 4 : 14. 8 : 17. 12 : 17. 13 : 35. 21 : 4. *Luc.* 1 : 15. 14 : 23. *Joh.* 17 : 12. 19 : 28. 36. *Act.* 1 : 16.

ܬܶܬܡܰܠܶܐ *f.* implebitur, *Marc.* 4 : 37. *Luc.* 22 : 37. *Joh.* 12 : 38. 15 : 25. *Rom.* 8 : 4. ܬܶܬܡܰܠܶܐ *m.* implearis, *Act.* 9 : 17. ܢܶܬܡܰܠܘܢ *m.* implebuntur, *Matt.* 26 : 54. 56. *Luc.* 3 : 5. ܬܶܬܡܰܠܘܢ *m.* impleamini, *Eph.* 3 : 19. *Col.* 1 : 9.

Ethpaal quadratum ܐܶܫܬܰܡܠܺܝ *m.* Expletus, impletus, adimpletus, repletus, completus, perfectus, abſolutus, conſummatus eſt. *Partic.* ܐܢܐ ܡܶܫܬܰܡܠܶܐ *m.* conſummabor, *Luc.* 13 : 32. ܡܶܫܬܰܡܠܝܳܐ perfecta *eſt charitas*, 1 *Joh.* 4 : 12. *Plur.* ܡܶܫܬܰܡܠܶܝܬܽܘܢ comple-

ti eſtis, *Col.* 2 : 10; *ex* ܡܫܡܠܝܢ *m.* completi & ܐܢܬܘܢ vos *vel* eſtis *compoſitum.* *Plur. fœm.* ܡܫܡܠܝ̈ܢ conſummati *fuerint illi mille anni, Apoc.* 20 : 7. *Futur.* ܬܫܬܡܠܐ *f.* impleatur, *Luc.* 12 : 50. *Joh.* 15 : 11. ܢܫܬܡܠܢ *f.* explerentur, *Apoc.* 15 : 8. Complebuntur, *cap.* 17 : 17.

ܡܠܐ *m.* Plenitudo. *Eſt nomen formæ Peïl Peal. Matth.* 15 : 37. ܐܦܠܐ ܡܠܐ ܫܥܐ etiam non plenitudinem horæ, *Gal.* 2 : 5; *Tremellius reddit,* minutum horæ. ܒܡܠܐ ܩܠܝܠ 2 *Petr.* 2 : 18; propemodum, *ſeu* ut. *Etzel.* omninò modicum. *Arabs eodem ſenſu* قليلا ما. *Uterque interpres videtur exemplaria ſecutus quæ* ὀλίγον *ſeu* ὀλίγως *legunt, non* οὕτως: *hæc Cl. Pocock in notis ad hunc locum. Pariſ. & Angl. edit. habent hîc* ܒܡܠܐ ܩܠܝܠ paucis verbis.

ܡܠܝܬܐ Complementum, ſupplementum, plenitudo, expletio, impletio. *Eſt nomen formæ emphat. fœm.* Peïl Peal. ܡܠܝܬܗ ſupplementum ſuum, *Mar.* 2 : 21.

ܡܠܝܐ *m. emph.* Plenitudo. ܒܡܠܝܗ cum plenitudine ejus, 1 *Cor.* 10 : 26. *Hæc vox legenda eſt* mlojo, *juxta annotata ad vocem ſequentem.*

ܡܠܐܐ *m. emph.* Fluxus, impetus aquarum, inundatio, illuvies. Inundatio, *Luc.* 6 : 48, *bis. Legendum eſt hoc nomen* melejo: *nam Olaph, præcedente vel ſequente alio Olaph, pronunciatur ut jud: vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 6.

ܡܘܠܝܬܐ *f. emph.* Idem *quod præced.* ܡܠܝܬܐ. ܡܘܠܝܬܗ plenitudo ejus, *Joh.* 1 : 16. ܡܘܠܝܬܗ ſupplementum ejus, *Mat.* 9 : 16.

ܡܡܠܝܐܝܬ Plenè, planè, perfectè. Plenè, *Act.* 18 : 25. 26. 24 : 22. Planè, *Eph.* 2 : 3.

ܡܘܠܝܐ *m. emph.* Idem *quod præced.* ܡܘܠܝܬܐ. Complementum, *Act.* 3 : 21. Expletio, *cap.* 21 : 26. Plenitudo, *Rom.* 11 : 25. 15 : 29. *Eph.* 3 : 19. *Col.* 1 : 19. 2 : 9.

ܡܘܠܝܗ impletio ejus, *Rom.* 13 : 10; *affixum hîc abundat.* ܡܘܠܝܗܘܢ plenitudo eorum, *Eph.* 1 : 10; & *hoc in loco affixum eſt pleonaſticum.*

ܫܘܡܠܝܐ *m. emph.* Plenitudo, complementum, perfectio, finis. Complementum, *Eph.* 1 : 23. *Hebr.* 6 : 11. ܫܘܡܠܝܗ plenitudo ejus, *Eph.* 4 : 13. ܫܘܡܠܝܗܘܢ plenitudo eorum, *Rom.* 11 : 12.

ܡܡܰܠܠܳܐ ܕܠܶܒܳܐ Locutio ad cor, conſolatio, ſolamen, *Phil.* 2 : 1. *Eſt nomen formæ participii præſentis Aphel, quod in nomen degeneravit: Troſtius & Gutbierius in ſuis* Lexicis *referunt ad* ܡܠܠ.

ܡܠܰܓ *m.* Vulſit, evulſit, perfricuit, contorſit. *Item idem quod Chald.* מְלַג Dipilavit, deplumavit, evulſit pilos, plumas, ſetasve, abraſit adhibitâ aquâ fervente, *Caſtellus.* *Benoni* ܡܳܠܶܓ *m.* vellere, *Mat.* 12 : 1; *eſt hîc participium pro infinitivo: vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 416. Vellentes, *Mar.* 2 : 23. *Luc.* 6 : 1.

ܡܠܰܚ *m.* Sallivit, ſallit, ſale condivit. *Hebr.* מָלַח, *Chald.* מְלַח, *Arab.* ملح מלח, *Æth.* መለሐ : מלח. *Peïl* ܡܠܺܝܚ *m.* ſallitus, ſalſus. *Plur. emph.* ܡܠܺܝܚܶܐ *m.* ſalſæ *aquæ*, *Jacob.* 3 : 12. *Ethpeel* ܐܶܬܡܠܰܚ *m.* Sallitus, ſale conditus eſt. *Partic.* ܡܶܬܡܠܰܚ *m.* ſallitur, *Mar.* 9 : 49. *Futur.* ܬܶܬܡܠܰܚ *f.* ſallietur, *Matt.* 5 : 13. *Abſque jud paragogico reperitur Mar.* 9 : 49. 50. *Luc.* 14 : 34.

ܡܶܠܚ *f.* Sal. *Hebr.* מֶלַח, *Chald.* מְלַח, *Arab.* مِلْح מִלְחְן. *Emph.* ܡܶܠܚܳܐ, *Chald.* מִלְחָא. *Matt.* 5 : 13. *Mar.* 9 : 49. 50, *bis. Luc.* 14 : 34. ܡܶܠܚܶܗ ſal ejus, *Mat.* 5 : 13; *affixum hîc abundat.*

ܡܰܠܳܚܳܐ *m. emph.* Nauta. *Plur. emph.* ܡܰܠܳܚܶܐ *Act.* 27 : 27. 30.

ܡܠܰܟ *m.* Intellectum, conſilium dedit, *vel* inivit, conſultavit, conſuluit: Promiſit, pollicitus eſt. *Hebr.* מָלַךְ Regnavit, Rex fuit, Regem egit. *Niphal* נִמְלַךְ Conſilium iniit. *Nehem.* 5 : 7. *Arab.* مَلَكَ מָלַךְ Poſſedit, dominio tenuit, continuit, compos fuit, regnavit. *Æth.* መለከ : מלך idem *quod Hebr.* Conſilium dederat, *Joh.* 18 : 14. Promiſit, pollicitus eſt, *Rom.* 1 : 2. 4 : 21. *Tit.* 1 : 2. *Hebr.* 6 : 13. 10 : 23. 11 : 11. 12 : 26. *Jacob.* 1 : 12. 2 : 5.
Benoni ܡܳܠܶܟ *m.* conſulens, *Act.* 27 : 9. 22. 2 *Cor.* 8 : 10. *Apoc.* 3 : 18. *Peïl* ܡܠܺܝܟ *m.* promittens, *Eph.* 6 : 2; *Peïl ſæpe activè ſumitur, & idem omnino ſignificat quod Benoni.* Promiſſa *ſpes*, *Hebr.* 6 : 18. *Fœm.* ܡܠܺܝܟܬܳܐ promiſſus *Spiritus*, *Eph.* 1 : 13. *Infinit.* ܡܶܡܠܰܟ conſulere, 2 *Cor.* 8 : 10.

Ethpeel ܐܬܡܠܟ *m.* Promiſſus eſt. Promiſſa eſt *promiſſio*, *Gal.* 3 : 16. ܐܬܡܠܟܬ *f.* promiſſa fuerat, *Hebr.* 11 : 9.

Ethpaal ܐܬܡܠܟ *m.* Conſuluit, conſultavit, conſilium iniit, deditve. ܐܬܡܠܟܘ *m.* conſilium inierunt, *Mat.* 26 : 4. *Act.* 4 : 26.

Aphel ܐܡܠܟ *m.* Regem conſtituit, regnare fecit; & *ſimpliciter* Regnavit, *Rom.* 5 : 14. 17. *Apoc.* 19 : 6. ܐܡܠܟܬ *f.* regnavit, *v.* 21. ܐܡܠܟܬ *m.* regnaſti, *cap.* 11 : 17. ܐܡܠܟܘ *m.* regnarunt, *cap.* 20 : 4. ܐܡܠܟܬܘܢ *m.* regnaſtis, 1 *Cor.* 4 : 8. *Partic.* ܡܡܠܟܝܢ *m.* regnantes, *Apoc.* 5 : 10. *Futur.* ܢܡܠܟ *m.* regnabit, *Luc.* 1 : 33. 19 : 14. *Apoc.* 11 : 15. ܬܡܠܟ *f.* regnabit, *Rom.* 5 : 21. 6 : 12; *abſque jud paragogico.* ܐܡܠܟ *c.* regnabo, *Luc.* 19 : 27. ܢܡܠܟܘܢ *m.* regnabunt, *Rom.* 5 : 17. *Apoc.* 20 : 6. 22 : 5. ܢܡܠܟ *c.* regnabimus, 1 *Cor.* 4 : 8. 2 *Tim.* 2 : 12.

ܡܠܟ *m.* Rex. *Hebr.* מֶלֶךְ, *Chald.* מְלֵךְ, *Arab.* مَلِكٌ מַלְכִּן· *Hebr.* 7 : 1. 2. *Emph.* ܡܠܟܐ Rex, *Mat.* 1 : 6. 2 : 1. 2. 3. 6. 9. 19. 22. 5 : 35. 14 : 9. 18 : 23. 22 : 2. 7. 11 : 13. 25 : 34. 40. 27 : 11. 29. 37. *Mar.* 15 : 26. *Luc.* 1 : 5. 14 : 31, *bis.* 19 : 38. 23 : 2. 3. 37. 38. *Joh.* 4 : 46. 49. 6 : 15. 12 : 13. 18 : 37, *bis.* 19 : 3. 12. 15. 19. 21, *bis.* *Act.* 7 : 10. 18. 12 : 1. 11. 20. 13 : 21. 22. 17 : 7. 25 : 13. 14. 24. 26. 26 : 2. 7. 13. 19. 26. 27. 28. 30. 2 *Cor.* 11 : 32. 1 *Tim.* 1 : 17. 6 : 15. *Hebr.* 7 : 2, *bis.* 11 : 23. 27. *Apoc.* 9 : 11. 15 : 3. 17 : 14. 19 : 16.

ܡܠܟܗ Rex ejus, *Mat.* 27 : 42. *Mar.* 15 : 32. *Joh.* 1 : 49; *affixum in his locis* πλεονάζει. ܡܠܟܟ Rex tuus, *Matt.* 21 : 5. *Joh.* 12 : 15. ܡܠܟܗܘܢ Rex eorum, *Joh.* 18 : 33; *affixum hîc abundat.* ܡܠܟܟܘܢ Rex veſter, *Joh.* 19 : 14. 15.

Plur. emph. ܡܠܟ̈ܐ Reges, *Mat.* 2 : 6. 10 : 18. 11 : 8. 17 : 25. *Luc.* 7 : 25. 10 : 24. 21 : 12. *Act.* 4 : 26. 9 : 15. 1 *Tim.* 2 : 2. 6 : 15. *Hebr.* 7 : 1. 1 *Petr.* 2 : 13. 17. *Apoc.* 1 : 5. 5 : 10. 6 : 15. 10 : 11. 16 : 12. 14. 17 : 2. 10. 12, *bis.* 14. 18. 18 : 3. 9. 19 : 16. 18. 19. 21 : 24.

ܡܠܟ̈ܝܗܘܢ Reges eorum, *Luc.* 22 : 25; *affixum* πλεονάζει.

ܡܠܟܬܐ *f. emph.* Regina. *Hebr.* הַמַּלְכָּה, *Chald.* מַלְכְּתָא· *Matt.* 12 : 42. *Luc.* 11 : 31. *Act.* 8 : 27. *Apoc.* 18 : 7.

ܡܠܟܐ *m. emph.* Conſilium, conſultatio. *Mat.* 12 : 14. 22 : 15. 27 : 1. 7. 28 : 12. *Mar.* 3 : 6. 15 : 1. 1 *Cor.* 7 : 25.

ܒܥܠ ܡܠܟܐ Conſiliarius, *Rom.* 11 : 34; *vide quoque ſupra pag.* 76.

ܡܠܟ̈

ܒܢ̈ܝ ܡܠܟܗ conſiliarii ſui, *Act.* 25: 12; *vide & ſupra pag.* 68. ܡܠܟܟ conſilium tuum, *Philem. v.* 14.

ܡܠܟܘ *f.* Regnum, *Mat.* 12: 25. *Mar.* 13: 8, *bis.* *Luc.* 11: 17. 21: 10, *bis.* *Emph.* ܡܠܟܘܬܐ *Mat.* 3: 2. 4: 17. 23. 5: 3. 10. 19, *bis.* 20. 6: 13. 7: 21. 8: 11. 9: 35. 10: 7. 11: 12. 12: 28. 13: 11. 24. 31. 33. 38. 44. 45. 47. 16: 19. 18: 1. 3. 4. 23. 19: 12. 14. 24. 20: 1. 21: 31. 43. 22: 2. 23: 14. 25: 1. *Marc.* 1: 15. 4: 26. 30. 10: 14. 15. 23. 24. 12: 34. 15: 43. *Luc.* 6: 20. 7: 28. 8: 1. 9: 11. 27. 12: 32. 13: 18. 20. 28. 29. 16: 16. 18: 16. 17. 21: 31. 22: 18. 29. 30. 23: 51. *Joh.* 3: 5. *Act.* 1: 3. 8: 12. 12: 21. 28: 23. 1 *Cor.* 15: 24. 50. *Eph.* 5: 5. *Col.* 1: 13. *Hebr.* 12: 28. *Jacob.* 2: 5. 1 *Petr.* 2: 9. 2 *Petr.* 1: 11. *Apoc.* 1: 6. 11: 15. 12: 10. 16: 10. 17: 12. 17. 18.

Conſtr. ܡܠܟܘܬ *Matt.* 11: 11. 13: 52. 19: 23.

Cum aff. ܡܠܟܘܬܗ regnum ejus *vel* ſuum. *Mat.* 13: 41. 16: 28. *Luc.* 1: 33. 11: 18. 1 *Theſ.* 2: 12. 2 *Theſ.* 1: 5. 2 *Tim.* 4: 1. 18. *Hoc ipſum affixum eſt pleonaſticum in locis ſequentibus, Mat.* 6: 33. 26: 29. *Mar.* 1: 14. 4: 11. 9: 1. 10: 25. 14: 25. *Luc.* 3: 1. 4: 43. 8: 10. 9: 2. 60. 62. 10: 9. 11: 20. 12: 31. 14: 15. 17: 20. 21. 18: 24. 25. 19: 11. 22: 16. *Joh.* 3: 3. *Act.* 12: 20. 14: 21. 19: 8. 20: 25. 28: 31. *Rom.* 14: 17. 1 *Cor.* 4: 20. 6: 9. 10. *Gal.* 5: 21. *Col.* 4: 11.

ܡܠܟܘܬܟ regnum tuum, *Mat.* 6: 10. 20: 21. *Luc.* 11: 2. 23: 42. *Hebr.* 1: 8. ܡܠܟܘܬܝ regnum meum, *Marc.* 6: 23. *Joh.* 18: 36. ܡܠܟܘܬܝ ܕܝܠܝ Idem, *ibid. bis*; *eſt hîc pleonaſmus affixi*: *vide ſupra in* ܕܝܠ.

Plur. emph. ܡܠܟܘ̈ܬܐ regna, *Matt.* 4: 8. *Luc.* 4: 5. *Hebr.* 11: 33.

ܡܘܠܟܢܐ *m. emph.* Promiſſio, promiſſum: conſilium, conſultatio. Promiſſio, *Luc.* 24: 49. *Rom.* 4: 13. 14. 16. 20. 9: 8. 9. *Gal.* 3: 16. 17. 18. 21. 22. 29. 4: 23. 28. *Eph.* 2: 12. 3: 6. 2 *Tim.* 1: 1. *Hebr.* 4: 1. 6: 12. 15. 17. 7: 6. 9: 15. 10: 36. 11: 9. 17. 39. 2 *Petr.* 3: 4. 13.

ܢܣܒܘ ܡܘܠܟܢܗܘܢ adepti ſunt promiſſum ſuum, *Hebr.* 11: 13. *Plur. emph.* ܡܘܠܟ̈ܢܐ promiſſiones, *Rom.* 9: 4. 2 *Cor.* 7: 1. *Hebr.* 11: 33. ܡܘܠܟܢ̈ܘܗܝ promiſſiones ejus, 2 *Cor.* 1: 20; *affixum hoc in loco abundat.* Promiſſa ſua, 2 *Petr.* 3: 9.

* מָלַל *Hebr.* Locutus, elocutus, effatus eſt, verba fecit. *Sam.* 22: 12.

ܡܠܠ *m. Paël* Idem *quod Hebræum Kal.* *Matt.* 9: 33. 13: 34. 14: 27. 23: 1. 28: 18. *Mar.* 6: 50. 7: 35. 16: 19. *Luc.* 1: 55. 64. 70. 11: 14. 22: 4. 23: 20. 24: 6. *Act.* 3: 21. 7: 6. 44. 8: 26. 9: 27. 10: 7. 17: 2. 21: 40. 23: 9. 25: 12. 28: 25. *Hebr.* 1: 1. 12: 25. 2 *Petr.* 3: 16. *Apoc.* 17: 1. 21: 9.

ܡܠܠܬ *f.* locuta eſt, 2 *Petr.* 2: 16. ܡܠܠܬ *m.* locutus es, *Act.* 4: 25. ܡܠܠܬ *c.* locutus ſum, *Luc.* 24: 44. *Joh.* 12: 48. 49. 14: 25.

 18: 20.

18 : 20, *bis.* 21. 2 *Cor.* 4: 13. ܡܰܠܶܠܘ *m.* locuti ſunt, *Luc.* 2 : 15. 24: 25. *Act.* 14: 1. 16: 32. *Hebr.* 13: 7. *Jacob.* 5: 10. 2 *Petr.* 1: 21. *Jud.* *v.* 15. *Apoc.* 10: 3. 4, *bis.*

ܡܰܠܶܠܢ *c.* locuti ſumus, 2 *Cor.* 7 : 14. 1 *Theſ.* 2 : 2.

Partic. præſ. ܡܡܰܠܶܠ *m.* loquens, Matt. 9 : 18. 12 : 34. 46. 13 : 3. 10. 13. 34. 17: 5. 26: 47. *Mar.* 2: 2. 7. 4 : 33. 34. 5: 35. 14 : 43. *Luc.* 5 : 21. 8 : 49. 9: 11. 11: 27. 35. 20: 21. 22: 47. 60. 24: 32. *Joh.* 4: 26. 27. 12: 50, *bis.* 19: 10. *Act.* 7: 38. 9: 28. 10: 27. 44. 12: 21. 14: 9. 17: 17. 18: 4. 19. 25. 26; *hoc in loco eſt participium pro infinitivo: vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 416. *cap.* 19: 8. 9. 20: 7. 11. 22: 2. 9. 24: 12. 25. 26. 26: 25. 26. *Rom.* 3: 5. 7: 1. 1 *Cor.* 12 : 3. 13 : 11. 14 : 2, *quater.* 3. 4. 5. 11, *bis.* 13. 16. 18. 28, 2 *Cor.* 11 : 17. 13: 3. *Hebr.* 11: 4. 12: 24. *Jud. verſſ.* 9. 16. *Apoc.* 1: 12. 4: 1. 10: 8. 13: 5. 11. 21: 15.

Fœm. ܡܡܰܠܠܐ Mat. 10: 20. Mar. 9: 17. 25. *Luc.* 2 : 38. *Act.* 6 : 10.

Plur. maſc. ܡܡܰܠܠܝܢ loquentes, Mat. 10 : 20. 15 : 31. 17 : 3. Mar. 7: 37. 9: 4. 13: 11. *Luc.* 4: 36. 6: 11. 9: 30. 24: 14. 15. 17. 36. *Act.* 2: 6. 7. 11. 4: 1. 31. 5: 40. 10: 46. 11: 19. 20. 13: 43. 14: 3. 16: 13. 19 : 6. 26: 31. 1 *Cor.* 12: 30 14: 9. 1 *Tim.* 1: 7. 4: 2. *Jacob.* 2: 12. 4: 11. 1 *Petr.* 2: 12. 3: 16. 2 *Petr.* 2: 18.

Conſtr. ܡܡܰܠܠܝ ܡܥܰܩܡܳܬܐ loquentes perverſa, *Act.* 20 : 30.

ܡܡܰܠܠܝܢܰܢ loquimur, *conſtat ex* ܡܡܰܠܠܝܢ loquentes & ܚܢܰܢ nos *vel* ſumus: *invenitur*, 1 *Cor.* 2: 6. 7. 13. 2 *Cor.* 2: 17. 4: 13. 12: 19. 1 *Theſ.* 2: 4. *Hebr.* 2: 5. 6: 9.

Plur. fœm. ܡܡܰܠܠܳܢ loquentes, *Luc.* 6 : 45.

Infinit. ܠܡܡܰܠܠܘ loqui, Mat. 12 : 34. *Luc.* 1 : 20. 7 : 15. *Act.* 2: 4. 6: 13. 11: 15. 20: 7. 21: 39. 26: 1. 1 *Cor.* 14: 39. 2 *Cor.* 12: 4. *Phil.* 1: 14. Ad loquendum, *Col.* 4: 3. *Jacob.* 1: 19.

ܠܡܡܰܠܠܘܬܶܗ eloqui illud, *Eph.* 5 : 12. 6 : 20.

Imperat. ܡܰܠܶܠ *m.* loquere, *Act.* 18 : 9. *Tit.* 2 : 1. 15. ܡܰܠܶܠܘ *m.* loquimini, *Mar.* 13: 11. *Act.* 5: 20. 13: 15. *Eph.* 4: 25. 5: 19.

Futur. ܢܡܰܠܶܠ *m.* loquetur, Mat. 12 : 22. Mar. 12 : 1; *eſt hoc in loco futurum cum præfixo dolath loco infinitivi. Luc.* 1: 22. *Act.* 3: 22. 10 : 32. 11 : 14. 18: 14. 24: 10 1 *Cor.* 14: 27. 28.

ܐܡܰܠܶܠ *c.* loquar, *Luc.* 1 : 19. *Joh.* 12 : 49. 14: 30. 15: 3. 22. *Act.* 21: 37. 1 *Cor.* 3: 1. 13: 1. 14: 6, *bis.* 19. 21. 2 *Cor.* 11: 1.

ܐܡܰܠܠܝܘܗܝ eloquar illud, *Eph.* 6 : 20. *Col.* 4 : 4. ܢܡܰܠܠܘܢ *m.* loquentur, *Mat.* 12: 47. *Mar.* 1: 34. 7: 37. 16: 17. *Luc.* 8 : 19. *Act.* 4: 17. 18. 13 : 42. 16: 6. 1 *Cor.* 14: 23. 27, *bis.* 29. 1 *Tim.* 3: 8.

ܢܡܰܠܠܳܢ *f.* loquentur, 1 *Cor.* 14: 34. 35. 1 *Tim.* 5 : 13. 1 *Petr.* 3 : 10.

ܬܡܰܠܠܘܢ *m.* loquemini, Mat. 10 : 19, *bis.* Mar. 13: 11. 1 *Cor.* 14: 5.

ܢܡܰܠܶܠ *c.* loquemur, 1 *Theſ.* 2 : 16. 2 *Joh.* *v.* 12. 3 *Joh.* *v.* 14.

ܢܡܰܠܠܝܘܗܝ

ܕܢܡܠܠܝܘܗܝ loquamur id, *Act.* 4: 20.

Ethpaal ܐܬܡܠܠ *m.* Idem *quod Paël*: & dictus, ſermo factus *vel* habitus eſt. Dictum eſt, *Luc.* 2: 20. *Act.* 27: 25. *Hebr.* 11: 7. *Partic. fœm.* ܠܐ ܡܬܡܠܠܐ ineffabilis, inenarrabilis, 2 *Cor.* 9: 15. 1 *Petr.* 1: 8. *Plur. fœm.* ܡܬܡܠܠܢ ܗܘܝ dicebantur, *Luc.* 1: 65. 2: 33. 18: 34. ܠܐ ܡܬܡܠܠܢ ineffabiles, inenarrabiles, *Rom.* 8: 26. 2 *Cor.* 12: 4. *Infinit.* ܠܡܬܡܠܠܘ dici, *Hebr.* 2: 3. 3: 5. *Futur.* ܢܬܡܠܠ *m.* dicetur, Mat. 26: 13. *Act.* 9: 6. 22: 10. *Hebr.* 12: 19.

ܡܠܝܠܐ *m. emph.* Logicus, rationalis, rationabilis, verbalis. *Nomen formæ* Peïl *Peal.* *Fœm. emph.* ܡܠܝܠܬܐ rationale *miniſterium*, *Rom.* 12: 1; *vide not. Tremel. & Jun. & not. Pocock in* 2 *Petr.* 2: 12. *confer etiam Targum Onkel. Gen.* 2: 7.

ܡܠܬܐ *f.* Verbum, dictum, dictio, ſermo, eloquentia; ratio: res, opus, negotium, cauſa, *ut Hebr.* דָּבָר. *Hebr.* מִלָּה, *Chald.* מִלָּא. Verbum, Matt. 4: 4. 5: 11. 12: 36. 18: 16. 27: 14. 2 *Cor.* 13: 1. Sermo, *Eph.* 4: 29.

Emph. ܡܠܬܐ cauſa, Matt. 5: 32. Verbum, *cap.* 8: 8. 16. 13: 19. 15: 6. 12. Res, *cap.* 19: 11. Verbum, *v.* 22. *Cap.* 21: 24. 22: 15. 26: 44. *Marc.* 1: 45. 2: 2. 4: 14. 15, *bis.* 16. 17. 18. 19. 20. 5: 36. 7: 13. 8: 32. 9: 10, *bis.* 32. 10: 22. 11: 29. 12: 13. 14: 39. 72. *Luc.* 1: 2. 2: 15. 17. 3: 2. 4: 36. 5: 1. 7: 7. 8: 11. 12, *bis.* 13. 14. 15. 21. 9: 45. 12: 10. 18: 34. 20: 3. 20. 26. 24: 19. Joh. 1: 1, *ter.* 14. 2: 22. 4: 37. 50. 6: 60. 66. 7: 36. 12: 38. 48. 14: 24. 15: 3. 20. 25. 18: 9. 19: 8. 13. 21: 23. *Act.* 4: 4. 31. 6: 4. 5. 7: 29. 8: 4. 14. 25. 10: 36. 37. 44. 11: 1. 19. 13: 7. 14: 3. 11. 24. 15: 6. 7: 27. 32. 36. 16: 6. 36. 17: 11. 18: 5. 11. 15. Eloquentia, *v.* 24. Verbum, *cap.* 19: 10. 20: 9. 32. 38. 22: 22. 24: 21. Res, *cap.* 26: 26. Verbum, *cap.* 28: 25. *Rom.* 9: 9. 28. 10: 17. 13: 9. 15: 18. 1 *Cor.* 1: 10. 18. 4: 20. 12: 8. 14: 9. 15: 2. 54. 2 *Cor.* 2: 5. 6: 7. 8: 7. 10: 11. *Gal.* 5: 14. 6: 6. *Eph.* 1: 13. 5: 26. 6: 17. *Phil.* 1: 14. *Col.* 1: 5. Ratio, *cap.* 2: 23. Verbum, *cap.* 3: 17. 4: 3. 1 *Theſ.* 1: 6. 2: 13. 2 *Theſ.* 2: 2. 15. 1 *Tim.* 1: 15. 3: 1. 4: 5. 9. 12. 5: 17. 2 *Tim.* 2: 11. 15. 4: 2. *Tit.* 1: 9. 2: 7. 3: 8. *Hebr.* 2: 2. 4: 2. 5: 11. 13. 6: 5. 7: 28. 11: 3. 13: 7. 22. Jacob. 1: 18. 21. 22. 23. 1 *Petr.* 1: 23. 2: 2. 8. 3: 1. 15. 4: 11. 2 *Petr.* 1: 19. 3: 5. 7. 1 Joh. 5: 7. *Apoc.* 1: 2. 9. 3: 8. 10. 6: 9. 12: 11. 19: 13. 20: 4.

Cum aff. ܡܠܬܗ Verbum ejus *m. vel* ſuum. Luc. 1: 29. 4: 32. 6: 17. 21: 38. Joh. 4: 41. 5: 38. 8: 55. *Act.* 2: 41. 8: 6. 10: 10. *Tit.* 1: 3. *Hebr.* 1: 3. *Affixum hoc eſt pleonaſticum in locis ſequentibus*, *Matt.* 26: 75. *Luc.* 11: 28. 22: 61. *Act.* 4: 13. 6: 7. 11: 16. 13: 5. 44. 46. 49. 15: 35. 16: 32. 17: 13. *Rom.* 9: 6. 1 *Cor.* 14: 36. 2 *Cor.* 4: 2. *Col.* 1: 25. 3: 16. 1 *Theſ.* 1: 8. 4: 15. 2 *Theſ.* 3: 1. 2 *Tim.* 2: 9. *Tit.* 2: 5. *Hebr.* 4: 12. 6: 1. 1 *Petr.* 1: 25.

ܡܠܬܗ ſermo ejus *f.* Joh. 4: 39; *affixum hic* πλεονάζει. ܡܠܬܝ

ſermo

ſermo tuus *m.* *Luc.* 1 : 38. 2 : 29. Verbum tuum, *cap.* 5 : 5. Sermo tuus, *Joh.* 17 : 6. 14. 17. *Act.* 4 : 29.

ܡܶܠܬܶܟܝ ſermo tuus *f.* *Joh.* 4 : 42. ܡܶܠܬܝ ſermo meus, *Matt.* 13 : 23. *Joh.* 5 : 24. 8 : 31. 37. 43, *bis.* 51. 52. 14 : 23. 24. 15 : 20. 1 *Cor.* 2 : 4. 2 *Cor.* 11 : 6. ܡܶܠܬܗܽܘܢ ſermo eorum, 1 *Cor.* 4 : 19. 2 *Tim.* 2 : 17. ܡܶܠܬܟܽܘܢ ſermo veſter, *Mat.* 5 : 37. *Col.* 4 : 6. *Jacob.* 5 : 12. ܡܶܠܬܰܢ ſermo noſter, 2 *Cor.* 1 : 18.

Plur. ܡܶܠܶܝܢ, *emph.* ܡܶܠܶܐ verba, ſermones. *Mat.* 7 : 28. 19 : 1. 26 : 1. *Luc.* 1 : 4. 2 : 19. 51. 3 : 4. 4 : 22. 7 : 1. 9 : 28. 44. 24 : 11. 17. *Joh.* 3 : 34. 6 : 63. 68. 8 : 20. 47. 10 : 19. 21. 14 : 10. 17 : 8. *Act.* 2 : 22. 40. 4 : 1. 5 : 5. 20. 24. 32. 33. 6 : 11. 13. 38. 10 : 44. 11 : 1. 4. 18. 13 : 42. 45. 15 : 24. 17 : 18. 20. 20 : 2. 21 : 12. *Rom.* 16 : 18. 1 *Cor.* 1 : 17. 2 : 4. 13. 2 *Cor.* 12 : 4. *Eph.* 5 : 6. *Col.* 2 : 4. 1 *Theſ.* 1 : 5. 4 : 18. 1 *Tim.* 1 : 6. 2 *Tim.* 1 : 13. 2 : 14. 16. *Hebr.* 12 : 19. 1 *Petr.* 2 : 12. 2 *Petr.* 2 : 3. 3 : 2. 1 *Joh.* 3 : 18. 3 *Joh.* *v.* 10. *Jud.* *verſſ.* 15. 17. *Apoc.* 1 : 3. 17 : 17. 19 : 9. 21 : 5. 22 : 6. 7. 9. 10. 18. 19.

Conſtr. ܡܶܠܰܝ ܫܪܳܪܳܐ verba veritatis, *i. e.*, verba vera, *Act.* 26 : 25. *Cum aff.* ܡܶܠܰܘܗܝ verba ejus *vel* ſua. *Mar.* 10 : 24. *Luc.* 10 : 39. 11 : 53. 24 : 8. *Joh.* 7 : 40. *Act.* 7 : 22. 28 : 24. *Affixum hoc abundat in locis ſequentibus*, *Act.* 20 : 35. 27 : 11. *Rom.* 3 : 2. 2 *Cor.* 2 : 17. *Hebr.* 5 : 12.

ܡܶܠܰܝܟ verba tua, *Mat.* 12 : 37. *Rom.* 3 : 4. ܡܶܠܰܝ verba mea, *Mat.* 7 : 24. 26. 24 : 35. *Mar.* 8 : 38. *Luc.* 1 : 20. 6 : 47. 9 : 26. 21 : 33. *Joh.* 12 : 47. 48. 15 : 7. *Act.* 2 : 14.

ܡܶܠܰܝܗܽܘܢ verba eorum, *Marc.* 16 : 20. *Act.* 15 : 15; *hoc in loco affixum abundat.* *Rom.* 10 : 18. *Tit.* 1 : 10. ܡܶܠܰܝܟܽܘܢ verba veſtra, *Mat.* 10 : 14. ܡܶܠܰܝܢ verba noſtra, 2 *Theſ.* 3 : 14. 2 *Tim.* 4 : 15.

ܡܰܡܠܠܳܐ *a.* ܡܰܡܠܠܳܐ *m. emph.* Locutio, ſermo, oratio, loquela, elocutio, eloquium, loquacitas, *Chald.* מַמְלַל, *emph.* מַמְלְלָא. Loquacitas *multa ſeu* multiloquium, *Matth.* 6 : 7. Elocutio *magna*, *grandis*, *ſeu* magniloquentia, grandiloquentia, 1 *Cor.* 2 : 1. Sermo, *cap.* 14 : 21. Locutio *turpis*, *ſeu* turpiloquium, *Col.* 3 : 8. Sermo, 1 *Theſ.* 2 : 5. 1 *Tim.* 5 : 13.

ܡܰܡܠܠܳܟ loquela tua, *Mat.* 26 : 73. *Mar.* 14 : 70; *Gr.* λαλιά σȣ.

ܡܰܡܠܽܘܠܳܐ *vide in* ܐܶܡܰܪ *pag.* 28.

ܡܰܢ *Utriuſque generis & num. interrogativum perſonæ*, Quis? quæ? qui? quæ? *Hebr.* מִי, *Chald.* מַן, *Talm.* מַאן, *Arab.* مَن Is qui: *eſt hoc quoque comm. gen. ſing. & pl. per omnes caſus.* Quicunque, quiſnam: *ſive interroget ſive non.* *item* Aliquis: *ſcil. incertus & indefinitus.* *Rom.* 14 : 4. *Apoc.* 7 : 13. *&c.* ܡܰܢܽܘ quis eſt? *Mat.* 8 : 27.

27. 10: 11. 12: 11. 18: 1. 21: 10. 22: 20. 42. *&c. compoſitum eſt ex* ܡܢ & ܗܘ. *Hoc ipſum* ܗܘ *in hac compoſitione quoque* πλεονάζει, *ut Mat.* 3: 7. 19: 25. 21: 23. 31. *Marc.* 5: 30. *Apoc.* 5: 2. 6: 17. 13: 4. *&c.* ܡܢܘ ܗܘ quæ eſt? *Mar.* 3: 33. ܡܢ *quandoque etiam de re interrogat, ut* ܡܢܘ ܫܡܟ quodnam eſt nomen tuum? *Luc.* 8: 30. ܡܢ *ſequente relativo* ܕ *valet* is, ipſe. *Matt.* 5: 19. 22. 28. 31. 32, *bis.* 39. 40. 41. 42, *bis.* 44. 7: 21. 10: 14. 28. 33. 37, *bis.* 39, *bis.* 40, *bis.* 41, *bis.* 11: 15. *Luc.* 14: 9. *Rom.* 14: 3. 1 *Cor.* 11: 29. *&c.*

ܡܢ *Eſt quoque conjunctio, quæ videtur originem habere ex Gr.* μέν *Caſtellus in ſuo Lexico exponit,* quidem, 2 *Petr.* 1: 3. *Judæ v.* 10 *ponitur pro Græc.* μὲν *in Syro Altero, ut Cl. Pocock ibidem notat. Lud. de Dieu cum Gabriele Sionita vult eam particulam quoque legendam eſſe Apoc. c.* 4. *v.* 8 *& cap.* 21. *v.* 21. [*hoc in loco ſunt var. Lect.*] *ac leporem importare vel confirmationem, ut* quidem, ſanè, profectò. *Amira vertit,* verò, quidem; *& accenſet conjunctionibus ſubjunctivis, quæ in oratione ſubjiciuntur ſeu poſtponuntur; quas & expletivas vocat, quia in oratione interdum vel elegantiæ causâ, vel metri neceſſitate, licet nullum habeant ſenſum, collocantur; eamque quodammodo explent: vide ejus Gram. libr.* 4. *cap.* 6. *vide quoque Gram. Harm. de Dieu lib.* 4. *cap.* 3.

ܡܢ A`, ab, abs, de, è, ex, præ, propter. A`, ab, *Mat.* 1: 17, *ter.* 18. 20. 2: 1. 9. 17: 25, *ter.* 26. E, ex, *Mat.* 1: 5, *bis.* 6. Ob, propter, 2 *Cor.* 5: 4. *Videtur eſſe pleonaſticum Matt.* 1: 12. 2: 9.

ܡܢ ܐܝܟܐ ܕ ὅθεν unde, M*atth.* 12: 44. ܡܢ ܗܝܕܝܢ ἀπὸ τότε à tunc, ab eo tempore, exinde, M*at* 4: 17.

Cum aff. ܡܢܗ à ſe, M*ar.* 5: 30. ܡܢܟܝ ex te *f. Luc.* 1: 35. ܡܢܝ præ me, M*at.* 3: 11. ܡܢܟܘܢ ex vobis, M*at.* 18: 19.

ܡܢ Quid, quod? *Hæc ipſa vox eâdem ſignificatione reperitur in Hebræo textu Exod.* 16: 15, *ubi legimus, Iſraëlitas, quum cibum illum cœleſtem primò viderent, dixiſſe* מָן הוּא *per Kametz ſub* מ, *quod reſpondet Syrorum* ܵ: *rectè Septuaginta verterunt,* τί ἐστὶ τοῦτο: *& Hieronymus* מָן הוּא *inquit, ſignificat,* quid eſt hoc? *quæ expoſitio firmatur à* Mo*ſe, qui addit eos dixiſſe,* כִּי לֹא יָדְעוּ מַה־הוּא. ܡܢܘ quid eſt? *Luc.* 1: 29. *quaſi* ܡܢ ܗܘ; *vide hîc var. Lect. Pro* ܡܢ *ſæpius uſurpatur*

ܡܢܐ Idem, *aſcitâ terminatione* ܐ [*ut pro* ܗܢ *frequentiùs occurrit* ܗܢܐ Hic] M*at.* 5: 46. 6: 3. 8. 25, *ter.* 31, *ter.* 9: 4. 5. 10: 19. 17: 10. *&c.*

Jungitur maſculinis & fœmininis, *vide* Marc. 1 : 27. ܒܡܢܐ quo, in quo, per quid, M*at.* 5 :13. *Luc.* 11 : 19. ܠܡܢܐ ad quid, cur, quare? M*at.* 27 : 46. M*ar.* 15 : 34, *bis.* ܡܢܐ quid *non raro ſumitur pro* ܠܡܢܐ quare? *vide de Dieu Comment. in* Marc. 2 : 24. ܡܢܘ quid eſt? *vel ſimpliciter* quidnam? *compoſitum eſt ex* ܡܢܐ *&* ܗܘ, M*ar.* 2 : 16. 12 : 9. *in his duobus locis Vienn. Reg. Troſt. & Gutb. Edit. habent* ܡܢܘ *cum vocali* ܼ *in fine, ut conſtet hæc non componi ex* ܗܘ ille, *quod plerique exiſtimarunt, ſed ex* ܗܘ: *quod enim præcedens Nun habeat* ܶ, *non eſt ex* ܗܘ, *ſed eſt pro* ܶ, *quod in vocibus terminatis in* ܐ, *quando ſequitur* ܗܘ, *vel ſi hoc ipſum eliſo* ܗ *cum iis coaleſcit, ſemper mutatur in* ܶ. *itaque* ܡܢܘ *eſt quaſi* ܗܘ ܡܢܐ, *à* ܗܘ ܡܢܐ: *vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 145. *in priori loco eſt ellipſis* ܠ, *nam* ܡܢܘ *ibi vertendum eſt* quare?

* מָן *Chald. vel cum matre lectionis* א מָאן Vas, inſtrumentum: veſtis, veſtimentum. *Sam.* [Samaritan] מאן. *Generale nomen eſt, & quodvis vas, inſtrumentum, ſuppellectilem vel utenſile comprehendit, quicquid in hominis uſum paratur & perficitur, ut Hebræum* כְּלִי. *Quidam deducunt ab Hebræo* מִנָּה *in Piël* מִנָּה paravit, præparavit. *Emph.* מָנָא *vel* מָאנָא: *ita & Syriacè*

ܡܐܢ Idem *quod Chaldæum. Emph.* ܡܐܢܐ vas, *Marc.* 14 : 13. veſtimentum, *Luc.* 5 : 36, *bis.* Vas, *cap.* 8 : 16. J*oh.* 19 : 29. *Act.* 9 : 15. 10 : 11. 16. 11 : 5. 2 *Cor.* 4 : 7. 2 *Tim.* 2 : 21. *Apoc.* 18 : 12, *bis.* Veſtis, *cap.* 19 : 13. 16.

Cum aff. ܡܐܢܗ veſtimentum ejus, M*att.* 9 : 21. *Luc.* 8 : 44. Vas ſuum, 1 *Theſ.* 4 : 4. ܡܐܢܝ veſtimentum meum, M*arc.* 5 : 30. *Plur. emph.* ܡܐܢܐ vaſa, M*at.* 13 : 48. 25 : 4. M*ar.* 11 : 16. Veſtimenta, *Luc.* 8 : 27. *Act.* 22 : 20. Vaſa, *cap.* 27 : 18. 19. *Rom.* 9 : 21. 22. 23. 2 *Tim.* 2 : 20. *Hebr.* 9 : 21. Veſtimenta, *Jacob.* 2 : 2. 3. Vaſa, 1 *Petr.* 3 : 7. *Apoc.* 2 : 27. Veſtes, *cap.* 16 : 15.

Conſtr. ܡܐܢܝ vaſa, M*ar.* 7 : 4. *Cum aff.* ܡܐܢܘܗܝ vaſa ejus, M*at.* 12 : 29. Veſtimenta ſua, *cap.* 26 : 65. Vaſa ejus, *Marc.* 3 : 27. Veſtimenta ſua, *cap.* 15 : 20. Vaſa ejus, *Luc.* 17 : 31. *Act.* 18 : 6.

ܡܐܢܝ veſtimenta mea, M*ar.* 5 : 30. ܡܐܢܝܗܘܢ veſtimenta ſua, M*at.* 21 : 8. M*arc.* 11 : 7. *Luc.* 19 : 35. 36. *Act.* 22 : 23. ܡܐܢܝܟܘܢ Veſtimenta veſtra, J*acob.* 5 : 2.

ܡܢܐ *m.* Numeravit, annumeravit, connumeravit, dinumeravit, ſupputavit, diſtribuit. *Hebr.* מָנָה, *Chald.* מְנָא.

Peïl ܡܢܐ ܗܘܐ connumerabatur, *Act.* 1:17. *Plur. fœm.* ܡܢܝ̈ܢ numerati *ſunt capilli*, Matth. 10:30. *Luc.* 12:7. *Infinit.* ܕܠܡܡܢܝܘܗܝ *ad lit.* quem numerare eum *Apoc.* 7:9. *cum relativum dolath hîc ſit in caſu obliquo affixum pro more eſt pleonaſticum.*

Ethpeel ܐܬܡܢܝ *m.* Numeratus, annumeratus, connumeratus eſt, *Act.* 1:26. *Futur.* ܐܬܡܢܐ *c.* numerabor, *Luc.* 22:37.

ܡܢܝ̈ܢ *m. Plur.* Minuta, *minutiſſimi numuli*, *à numerando ita dicti videntur.* Mar. 12:42. *Interpres Syrus Luc.* 21:1 *hanc vocem per* ܩܘܕܪ̈ܢܛܐ chalci *exponit: vide infra in* ܦܠܓ *Caſtellus refert ad defectiva ſecundâ*, *& ejus ſingulare ponit* ܡܢܐ, *emph.* ܡܢܬܐ, *Plur.* ܡܢܝ̈ܢ: *attamen nulla editio ad primam radicis vocalem revozo expreſſam habet; ſed quotquot punctatæ ſunt, exhibent eam abſque vocali, vel ſcheva ſuppoſuerunt.*

ܡܢܝܢ *m.* Numerus. *Chald.* מִנְיָן. ܕܡܢܝܢ ܠܝܬ ܠܗ cui non eſt numerus, *i.e.*, quæ *nim. arena* eſt innumerabilis, *Gr.* ἀναρίθμητος, *Hebr.* 11:12. *Emph.* ܡܢܝܢܐ Luc. 22:3. *Joh.* 6:10. *Act.* 4:4. 6:7. 7:14. *Rom.* 9:27. *Apoc.* 5:11. 7:4. 9:16, *bis.* 13:17. 18, *ter.* 14:1. 15:2. 20:8.

ܡܢܝܐ *m. emph. Gr.* Μνᾶ Mina, *idem quod Hebr.* מָנֶה, *Chald.* מָנֵי. *Radix hujus vocis Hebræa in Kal ſignificat* numeravit, ſupputavit, *in Piël* definivit; *hinc ita dicta eſt Mina, quia definitum numerum numiſmatum continebat: unde & Græci & Latini* μνία μνᾶ *&* Mina *à definito drachmarum numero, quo conſtitit, appellarunt. Mina Græcorum vetus fuit & nova: vetus drachmis 75, nova 100 drachmis conſtabat. Romana Mina ſeu libra priùs 96 drachmas ſeu denarios valebat; & poſtea, ut cum Græcorum Mina in pecuniaria ratione conveniret, quatuor drachmæ additæ ſunt, & ita etiam facta eſt centenaria. Mina Hebræorum etiam antiqua fuit & nova: antiqua 100 communes & 50 ſacros ſiclos continebat: hoc conſtat ex 1 Reg* 10:17 *coll. cum 2 Chron.* 9:16; *vide R. Levi ben Gerſon ad priorem locum. Mina nova, ſive Ezechielis dicta, continet ſiclos ſacros 20, & 25, & 15, hoc eſt, 60 ſacros, ſive profanos 120: ita computat ſuam Minam Ezechiel cap.* 45:12. *Locum hunc Ezechielis de ſiclis ſacris intelligendum eſſe, apparet ex verbis in eodem verſu immediatè præcedentibus, ubi ſiclus dicitur eſſe 20 Gerarum. Vide plura de Mina in Waſero de antiquis nummis Hebræorum Chaldæorum & Syrorum libr. 2. cap. 16.* *Luc.* 19:24.

Cum aff. ܡܢܝܟ mina tua, *Luc.* 19:16. 18. 20. *Plur.* ܡܢܝ̈ܢ *Luc.* 19:13. 16. 18. 24.

ܡܢܬܐ *f. emph.* Pars, portio. *Hebr.* מָנָה, *Chald.* מְנָא, *emph.* מְנָתָא: *juxta hanc formam emphaticam Chaldaicam vox Syriaca regulariter eſſet* ܡܢܬܐ: *conf.* ܡܠܬܐ *pag.* 75. *Luc.* 10:42. 11:36. 24:42. *Joh.* 13:8. 19:23. *Act.* 8:21. 2 *Cor.* 6:15. *Col.* 1:12. *Apoc.* 20:6. 21:8.

ܡܢܬܗ pars ejus, *Matth.* 24: 51. *Luc.* 12: 46. *Apoc.* 22: 19. *Plur.* ܡ̈ܢܘܬܗ *Joh.* 19: 23. *Apoc.* 16: 19. ܒܟܠ ܡ̈ܢܘܢ *ad verbum*, omnibus partibus, *i. e.*, omnifariam, multifariam, *Hebr.* 1: 1; *Græcus textus habet* πολυμερῶς.

* מנן ܡܢܢܐ, *m. emph.* Μάννα, Manna, Man, *cibus cæleſtis Iſraelitarum in deſerto verſantium, qui appellarunt eum voce Syriacâ* מָן, *Exod.* 16: 15. 31. *vide ſupra in* ܡܢ. *Chald. emph.* מַנָּא & מַנָּא. *Joh.* 6: 31. 49. 58. *Hebr.* 9: 4. *Apoc.* 2: 17.

ܡܢܬܐ *f.* Pilus, capillus. *Emph.* ܡܢܬܐ *Matt.* 5: 36. *Luc.* 21: 18. *Act.* 27: 34. *Plur. emph.* ܡ̈ܢܬܐ *Mat.* 10: 30. *Luc.* 12: 7.

ܡܢܥ *m.* Devenit, pervenit, pertigit. *Paël* ܡܢܥ Idem. ܡܢܥܢ *c.* pervenimus, *Act.* 28: 13. *Futur.* ܠܡܡܢܥܘܢ *m.* pervenire, *cap.* 27: 12; *futurum cum præfixo* ܠ *loco infinitivi.* ܕܢܡܢܥܢ *f.* quod pervenient, *cap.* 26: 7.

ܡܣܡܣ *m.* Denſavit, condenſavit, *Job.* 10: 10. *Ethpeel* ܐܬܡܣܡܣ *m.* Intumuit: conſumptus eſt. *Partic.* ܡܬܡܣܡܣ *m.* intumeſcens, *Act.* 28: 6.

ܡܣܐܬܐ *f. emph.* Libra [& *ſignum cæleſte*], ſtatera, bilanx, trutina. Statera, *Lev.* 19: 35. 36. Bilanx, *Pſal.* 62: 10. Statera, *Jeſ.* 40: 12. 15. *Apoc.* 6: 5. *Plur. emph.* ܡ̈ܣܐܬܐ bilances, *Prov.* 11: 1.

* מְסַר *Hebr.* Tradidit. *Aphel* ܐܡܣܪ *m.* Contempſit: *ignominiæ, confuſioni, opprobrio* ſe tradidit, expoſuit. ܠܒܗܬܬܐ ܐܡܣܪ opprobrio ſe tradidit, *Hebr.* 12: 2; *vide Tremellium in hunc locum.*

* מסת ܡܣܬ *m.* Sufficientia, ſatis, ſufficiens, abundans. *Chald.* מִסַּת. Sufficientia, *Exod.* 12: 4. Sufficiens, quod ſufficiat, *Lev.* 25: 26. Cum epentheſi ܐ ܡܐܣܬ ſufficientia, *Exod.* 16: 16. *Emph.* ܡܣܬܐ, *Chald.* מִסְתָּא. *Cum aff.* ܡܣܬܟ ſufficientia tua, *Prov.* 25: 16. ܡܣܬܢ ſufficientia noſtra, 1 *Tim.* 6: 6. *Quidam hoc nomen referunt ad radicem* מָסַס, & *volunt Hebræum nomen* מִסַּת *Deut.* 16: 10 *idem valere quod hoc ipſum Syriacum: de Hebræo vide Lexicon Coccei in* מסס.

* מעה ܡܥܝܐ *m. emph.* Venter. *Item*, hernia. *Plur. emph.* ܡܥܝܐ viſcera, inteſtina. *Hebr.* מֵעִים *ab inuſit.* מְעִי. ܟܐܒ ܡܥܝܐ dolor viſcerum, dyſenteria, *Act.* 28: 8; *Gr.* δυσεντερία.

ܡܨܐ *m.* Potuit, valuit, polluit, facultatem habuit, prævaluit, potis fuit: *ſæpe habet poſt ſe nomen* ܚܝܠܐ. *Peïl* ܡܨܐ *m.* potens, *Eph.* 3: 20. *Phil.* 4: 13. 1 *Tim.* 6: 16. *Hebr.* 4: 15. *Apoc.* 2: 2. 3: 8. 6: 17. 7: 9. 13: 4. 15: 8.
Plur. ܡܨܝܢ potentes, 1 *Cor.* 10: 13. *Apoc.* 9: 20.
Ethpeel ܐܬܡܨܝ *m.* Idem. ܐܬܡܨܝܘ *m.* prævaluerunt, *Apoc.* 12: 8
Partic. ܗܘܐ ܡܬܡܨܐ *m.* poterat, *cap.* 5: 3. 14: 3. *Futur.* ܢܬܡܨܐ *m.* poſſit, *cap.* 13: 17. ܚܝܠܐ ܬܬܡܨܘܢ *m.* pollebitis viribus, *Eph.* 6: 16.

* מצע *Chald.* Dimidiavit, in duo diviſit, per medium partitus eſt, *Schindl.* *Ethpaal* ܐܬܡܨܥ *m.* dimidiatus, in medium diviſus eſt, *Caſtel.*

ܡܨܥܐ *f.* Medium, medietas. *Emph.* ܡܨܥܬܐ *Mar.* 3: 3. 9: 36. 14: 60. *Luc.* 4: 35. 5: 19. *Joh.* 8: 3. 9. 19: 18. 20: 26. *Act.* 1: 15. *Epheſ.* 2: 14. *Col.* 2: 14. 2 *Theſ.* 2: 7. *Apoc.* 1: 13. 2: 1. 4: 6. 5: 6. 6: 6. 8: 13. 22: 2.
Conſtr. ܡܨܥܬ *Mar.* 6: 47. *Luc.* 2: 46. 6: 8. 22: 55. *Act.* 6: 12. *Apoc.* 19: 17. ܡܨܥܬܗ medium ejus *vel* ſui, *Luc.* 23: 45. *Act.* 2: 18. *Apoc.* 7: 13; *hoc in loco affixum eſt pleonaſticum.*

ܡܨܥܝܐ *m. emph.* Mediator, *Gal.* 3: 19. 20. 1 *Tim.* 2: 5. *Hebr.* 8: 6. 9: 15. 12: 24.

ܡܨܪܝܢ *f.* Αἴγυπτος, Ægyptus. *Hebr.* מִצְרַיִם Mitzraim, *filius Cham*, *Gen.* 10: 6. *hinc & terra quam ipſe poſſedit* מִצְרַיִם *dicitur. Hoc nomen eſt unum ex quatuor quæ apud Hebræos dualem terminationem* ־ַיִם *habent, & apud Syros in* ܝܢ *deſinunt: vide ſupra* ܡܐܬܝܢ *in* ܡܐܐ. *Mat.* 2: 13. 14. 15. 19. *Act.* 2: 10. 7: 9. 10, *bis.* 11. 12. 15. 17. 18. 34. 36. 39. 40. *Hebr.* 3: 16. 8: 9. 11: 26. 27. *Jud. v.* 5. *Apoc.* 11: 8.

ܡܨܪܝܐ *m. emph.* Ægyptius, *Act.* 7: 24. 28. 21: 38. *Plur. emph.* ܡܨܪܝܐ Ægyptii, *cap.* 7: 22. *Hebr.* 11: 29.

ܡܩܠܘܢ ܡܩܠܘܢ *Gr.* Μάκελλον, macellum, 1 *Cor.* 10: 25.

ܡܪ *m.* Dominus. *Chald.* מַר. *Emph.* ܡܪܐ Dominus, *Matth.* 11: 25. *Luc.* 10: 21. 14: 23. *Act.* 17: 24. *Col.* 4: 1. 1 *Tim.* 6: 15. 2 *Petr.* 2: 1. *Jud. v.* 4. *Apoc.* 7: 14. 17: 14.

ܡܪܗ Dominus ejus *m.* *vel* ſuus. *Mat.* 10: 25. 18: 25. ϖλεονάζει
hoc affixum in locis ſequentibus, *Matth.* 10: 25. 21: 40. *Marc.* 2: 28. 13: 35. *Luc.* 12: 46. 22: 11. 2 *Theſ.* 3: 16.

ܡܪܗ̇ Dominus ejus *f.* *Luc.* 6: 5. *Act.* 21: 11. 27: 11. 1 *Cor.* 2: 8. *Apoc.* 11: 4. *affixum in his abundat.* ܡܪܝ Dominus meus, *Matth.* 7: 21, *bis.* 18: 21. 22: 44. *Marc.* 12: 36. *Luc.* 14: 22. *Joh.* 11: 32. *Act.* 2: 34.
ܡܪܟܘܢ Dominus veſter, *Rom.* 12: 11. *Eph.* 6: 9. ܡܪܢ Dominus noſter, *Matt.* 25: 11, *bis.* 37. 44. *Luc.* 13: 25, *bis. Joh.* 11: 12. 34. 1 *Cor.* 16: 19. 22. 2 *Theſ.* 3: 17. 2 *Petr.* 1: 1. 2. 8. 11. 14. 16. 2: 20. 3: 2. 18. *Jud. verſſ.* 4. 17. 21. 25. *Apoc.* 22: 21.
ܡܪܢ ܐܬܐ Moran-etho, *i.e.*, Dominus noſter venit, 1 Cor. 16: 22; *hoc ipſo extrema anathematis ſpecies deſignatur: vide notas Tremellii in hunc locum.*
Fœm. emph. ܡܪܬܐ Domina. *Hoc ipſo nomine appellatur Lazari & Mariæ ſoror*, *Luc.* 10: 38. 40. 41, *bis. Joh.* 11: 1. 5. 19. 20. 21. 24. 30. 39.
Plur. maſc. ܡܪ̈ܝܢ, *emph.* ܡܪ̈ܐ, *conſtr.* ܡܪ̈ܝ Domini, 2 Cor. 1: 24.
ܡܪ̈ܝܗ̇ domini ejus *f.* *vel* ſui. *Act.* 16: 30. ܡܪ̈ܝ domini mei, *v.* 30.
ܡܪ̈ܝܗܘܢ domini eorum *vel* ſui. *Mat.* 20: 25. *Mar.* 10: 45. 1 *Tim.* 6: 1. *Tit.* 2: 9. ܡܪ̈ܝܟܘܢ domini veſtri, *Epheſ.* 6: 5. *Col.* 3: 22. 1 *Petr.* 2: 18.

ܡܪܝܢܝܐ *m. emph.* Dominicus, *Apoc.* 1: 10.

ܡܪܐ *m.* Dominus. *Chald.* מָרֵי מָרָא. *Matt.* 9: 38. 13: 27. 52. 20: 1. 8. 11. 21: 33. *Mar.* 12: 9. 14: 14. *Luc.* 10: 2. 12: 39. 13: 25. 14: 21. 20: 13. 15. *Act.* 14: 11. 12. *Gal.* 4: 1.

ܡܪܐ ܚܘܒܐ dominus debiti, *i. e.*, creditor, *Luc.* 7: 41.

Emph. ܡܪܝܐ *m.* DOMINUS. *Hanc formam emphaticam Syri vocant nomen Tetragrammaton, quia quatuor literarum eſt. Et per literas hujus nominis aliquid myſterioſum deſignari volunt:* ܡ *ipſis denotat* ܡܪܘܬܐ Dominationem, ܪ ܪܒܘܬܐ Majeſtatem *ſeu* Magnitudinem, ܝ & ܐ ܐܝܬܘܬܐ Eſſentiam, Subſtantiam *vel* Æternitatem: *ideoque hanc hujus nominis formam emphaticam ferè non niſi ſoli vero Deo tribuunt: de aliis enim Dominis utuntur nomine* ܡܪܐ Dominus, *quòd latius patet, & tam Deo quàm hominibus convenit: vide Amiræ præfat. ad Gram. Syram.* Invenitur, *Matth.* 1: 20. 22. 24. 2: 13. 15. 19. 3: 3. 22: 44. *Mar.* 12: 36. *Luc.* 13: 35. *Act.* 2: 34. 10: 36. *Rom.* 10: 13. 14: 19. 2 *Cor.* 3: 16. 17, *bis.* 18, *bis. Col.* 3: 22. 2 *Petr.* 2: 9. 3: 8. 9. 10. 15. *Jud. verſſ.* 9. 14. *Apoc.* 1: 8. 4: 8. 11. 6: 10. 11: 8. 15. 17. 15: 3. 4. 16: 7. 18: 8. 19: 6. 16. 21: 22. 22: 5. 6. 20. *& in aliis locis innumeris.*

Plur.

Plur. emph. ܡܳܪ̈ܰܘܳܢܳܐ Domini, *Epheſ.* 6 : 9. *Col.* 4 : 1. 1 *Tim.* 6 : 2. 1 *Petr.* 5 : 3. *Plur. terminationis fœmininæ* ܡܳܪ̈ܰܘܳܬ Domini, *Mat.* 6 : 24. *Luc.* 16 : 13. *Emph.* ܡܳܪ̈ܰܘܳܬܳܐ Domini, 1 *Cor.* 8 : 5. 1 *Tim.* 6 : 15. *Apoc.* 17 : 14. 19 : 16.

ܡܳܪܘܽܬܳܐ *f emph.* Dominium, dominatio, dominatus, 2 Petr. 2 : 10. *Jud.* v. 8. *Plur. emph.* ܡܳܪ̈ܘܳܬܳܐ *Eph.* 1 : 21. *Col.* 1 : 16.

* מרא. Paël ܡܰܪܺܝ *m.* Imitatus, æmulatus, aſſimilatus eſt. *Imperat.* ܡܰܪܰܘ *m.* imitamini, *Hebr.* 13 : 7.

ܡܡܰܪܝܳܢܳܐ *m. emph.* Similis, conformis, imitator. *Nomen ex participio* Paël *formatum.* Plur. *emph.* ܡܡܰܪ̈ܝܳܢܶܐ imitatores, *Heb.* 6 : 12.

ܡܰܪܓܳܢܺܝܬܳܐ *f. emph. Gr.* Μαργαρίτης, Margarita, unio. *Chald.* מַרְגָּלִיתָא *Litera* ר *dentalis commutata cum lingualibus* ל & נ. *Matth.* 13 : 46. *Apoc.* 21 : 21. Plur. *emph.* ܡܰܪ̈ܓܳܢܝܳܬܳܐ *Matth.* 13 : 45. 1 *Tim.* 2 : 9. *Apoc.* 17 : 4. 18 : 12. 16. 21 : 21.

ܡܰܪ̈ܓܳܢܝܳܬܟ݂ܽܘܢ margaritæ veſtræ, M*at.* 7 : 6.

ܡܪܰܕ *m.* Rebellavit, rebellis fuit, deſcivit, defecit, prævaricatus eſt. Conjuravit. Munitus eſt.

ܡܳܪܽܘܕܳܐ *m. emph.* Rebellis, contumax, apoſtata, prævaricator. *Chald.* מָרוֹדָא. Plur. *emph.* ܡܳܪ̈ܽܘܕܶܐ rebelles, 1 *Tim.* 1 : 9.

ܡܰܪܺܝܕܳܐ *m. emph.* Rebellis; munitus. Plur. *emph.* ܚܶܣ̈ܢܶܐ ܡܰܪ̈ܺܝܕܶܐ arces munitæ, 2 *Cor.* 10 : 4.

ܡܳܪܳܕܽܘܬܳܐ *f. emph.* Rebellio, contumacia, defectio, apoſtaſia, 2 *Theſ.* 2 : 3.

ܡܪܰܚ. *Aphel* ܐܰܡܪܰܚ *m.* Auſus eſt, audax, impudens fuit, audacter egit, impudenter ſe geſſit, audaciam, confidentiam, authoritatem ſibi ſumpſit, uſurpavit. Auſus eſt, *Matth.* 22 : 46. *Marc.* 12 : 34. Confidentiam ſumpſit, *cap.* 15 : 43. Auſus eſt, *Rom.* 10 : 20. *Jud. v.* 9.

ܐܰܡܪܰܚܘ *m.* auſi ſunt, *Luc.* 20 : 40. *Hebr.* 11 : 29.

Partic. *præſ.* ܡܰܡܪܰܚ *m.* audens, *Joh.* 21 : 12. *Act.* 5 : 13. 7 : 32. *Rom.* 2 : 4. 15 : 18. 1 *Cor.* 6 : 1. 2 *Cor.* 11 : 21, *bis.* Plur. *m.* ܡܰܡܪܚܺܝܢܰܢ audemus, *cap.* 10 : 12; *conſtat ex* ܡܰܡܪܚܺܝܢ audentes & ܚܢܰܢ nos *vel* ſumus.

Infinit.

Infinit. ܠܡܡܪܚܘ authoritatem uſurpare, 1 *Tim.* 2:12.

ܡܪܚܢܐ *m. emph.* Audax, arrogans, inſolens, impudens. *Plur. emph.* ܡܪܚܢܐ audaces, 2 *Petr.* 2:10.

ܡܪܚܐܝܬ Audenter, audacter, audaciùs, *Rom.* 15:15.

* מְרַע *Chald.* Ægrotavit, æger, infirmus, infirmatus fuit *Arab.* مرض ægrotavit. *Aphel Chald.* אַמְרַע ægrotare fecit, inflixit. ܐܡܪܥ *m.* Infirmatus eſt.

ܡܪܥ *a.* ܡܪܥ *m.* Infirmus, ægrotus, morbidus, valetudinarius. Infirmus, 1 *Cor.* 8:11; *vide var. Lect.* *Plur. m. emph.* ܡܪܥܐ ægroti, *cap.* 11:30. *Plur. fœm. emph.* ܡܪܥܬܐ infirmæ, *cap.* 8:12.

ܡܪܪ ܡܪ *m.* Amarus fuit, amaritudine affectus eſt. *Hebr.* מָרַר, *Chald.* מְרַר, *Sam.* ࠌࠓࠓ מרר, *Arab.* مرّ, *Æth.* መረረ: מרר. ܡܪܬ *f.* amarus fuit *venter*, *Apoc.* 10:10. ܡܪܘ *m.* amaræ eſſent *aquæ*, *cap.* 8:11.

Paël *quadratum* ܡܪܡܪ *m.* Amaricavit, exacerbavit, irritavit, laceſſivit, provocavit ad iram, *vel* furorem, exagitavit, mœrore affecit, amarum, mœſtum reddidit. *Ethpaal* ܐܬܡܪܡܪ *m.* Murmuravit, acerbè tulit, mœrore, amaritudine affectus eſt. P*artic.* ܡܬܡܪܡܪ ܗܘܐ *m.* amaritudine afficiebatur, *Act.* 17:16.

Aphel ܐܡܪ *m.* Amarum fecit, excruciavit, exacerbavit, moleſtiâ affecit. *Futur.* ܢܡܪ *m.* amarum reddet, *Apoc.* 10:9.

ܡܪܝܪܐ *m. emph.* Amarus, amarulentus, acerbus. *Item ſubſtantivè* amaritudo, amarum. Amara *æmulatio*, *Jacob.* 3:14. *Fœm. emph.* ܡܪܝܪܬܐ amarum *hepar*, *Act.* 8:23. P*lur. maſc.* ܡܪܝܪܝܢ amarulenti, *Col.* 3:19. *Emph.* ܡܪܝܪܐ *m.* amaræ *aquæ*, *Jacob.* 3:11.

ܡܪܝܪܘܬܐ *f. emph.* Amaritudo, amarulentia, *Rom.* 1:29. 1 *Cor.* 5:8.

ܡܪܝܪܐܝܬ Amarè, *Matt.* 26:75. *Luc.* 22:62.

ܡܪܪܐ *m. emph.* Amaritudo. P*lur. emph.* ܡܪܪܐ *Hebr.* 12:15.

ܡܪܪܬܐ *f. emph.* Amaritudo, amarulentia; fel, bilis, *ab amaritudine ſic dicta*, *Matt.* 27:34.

ܡܪܪܬܐ

ܡܪܪܬܐ *f. emph.* Idem. Amarulentia, *Rom.* 3: 14.

ܡܘܪܐ *m. emph.* Μύῤῥα myrrha, *quæ eſt amara, & deſtillat ex arbore terebintho ſimili, Schindlerus. Hebr.* מוֹר, *Chald.* מוֹר, *emph.* מוֹרָא, *Arab.* مر. *Matt.* 2: 11. *Mar.* 15: 23. *Joh.* 19: 38.

ܡܡܪܡܪܢܐ *m. emph.* Exacerbator, irritans, provocans ad iram. *Nomen ex participio* Paël *quadrato formatum.* Plur. *emph.* ܡܡܪܡܪܢܐ exacerbatores, *Hebr.* 3: 8.

ܡܫܚ *m.* Unxit. *Item* menſus, demenſus eſt, menſuravit. *Teut.* meſſen. Menſus eſt, *Apoc.* 21: 17. ܕܐܠܗܐ ܡܫܚܗ quem Deus unxit, *Act.* 10: 38; *affixum* πλεονάζει. ܡܫܚܗ menſus eſt eam, *Apoc.* 21: 16; *& hîc affixum abundat.* ܡܫܚܟ unxit te, *Hebr.* 1: 9. ܡܫܚܢܝ unxit me, *Luc.* 4: 18. ܡܫܚܢ unxit nos, 2 *Cor.* 1: 21. ܡܫܚܬ *f.* unxit, *Luc.* 7: 46. *Joh.* 11: 2. 12: 3. ܡܫܚܬ *m.* unxiſti, *Luc.* 7: 46. *Act.* 4: 27. *Benoni fœm.* ܡܫܚܐ ungens, *Luc.* 7: 38. Plur. *maſc.* ܡܫܚܝܢ ungentes, *Marc.* 6: 13. *Imperat.* ܡܫܘܚ *m.* unge, *Matt.* 6: 17. Metire, *Apoc.* 11: 1. *Futur.* ܢܡܫܘܚܝܗ metiretur eam, *Apoc.* 21: 15; *affixum abundat.* ܬܡܫܘܚܝܗ metieris id *atrium*, *Apoc.* 11: 2. ܢܡܫܚܘܢܝܗ *m.* ungant eum, *Jacob.* 5: 14. ܢܡܫܚܢܝܗܝ *f.* ungerent eum, *Marc.* 16: 1.

ܡܫܝܚܐ *m. emph.* Unctus, Chriſtus, MESSIAS. *Hebr.* מָשִׁיחַ *Chald.* מְשִׁיחָא. *Matt.* 1: 1. 16. 17. 18. 2: 4. *&c.* ܡܫܝܚܐ ܕܓܠܐ pſeudo-chriſtus, 1 *Joh.* 2: 18. 22. 4: 3. *Plur. emph.* ܡܫܝܚܐ ܕܓܠܐ pſeudo-chriſti, *Matt.* 24: 24. 1 *Joh.* 2: 18.

ܡܫܝܚܝܐ *m. emph.* Chriſtianus. *Fœm.* ܫܢܬܐ ܡܫܝܚܝܬܐ annus Chriſtianus, *occurrit in clauſulis Matthæi, Marci & Johannis Evangeliſtarum, ut & Epiſtolæ ad Hebræos, editionis Viennenſis.*

ܡܫܝܚܘܬܐ *f. emph.* Unctio, 1 *Joh.* 2: 20. 27.

ܡܫܚܐ *m. emph.* Unguentum, oleum. Oleum, *Mat.* 25: 3. 4. 8. Unguentum, *cap.* 26: 7. Oleum, *Marc.* 6: 13. *Luc.* 7: 46. 10: 34. 16: 6. *Apoc.* 6: 6. 18: 13.

ܡܫܘܚܬܐ *f. emph.* Menſura, dimenſio, metrum, modus. Men-

ſura, *Matt.* 23: 32. *Rom.* 12 : 6. *Eph.* 4: 7. 13. 16. *Apoc.* 21: 15. ܡܫܘܚܬܢ menſura noſtra, 2 *Cor.* 10: 13. 15. *Plur. emph.* ܡܫܘܚ̈ܬܐ menſuræ, *Apoc.* 21 : 17.

מָשַׁךְ *Hebr.* Traxit, attraxit, extraxit, protraxit, protendit.

ܡܫܟܐ *m. emph.* Pellis, cutis, *ſic dicta, quod ſuper corpus tracta ſit, & de corpore animalis detrahatur*, corium. *Chald.* מְשַׁךְ, *emph.* מַשְׁכָּא & מְשָׁכָא: *affine eſt Græcum* μέσχος. Pellis, *Mat.* 3 : 4. *Mar.* 1 : 6. *Plur. emph.* ܡܫ̈ܟܐ pelles, *Hebr.* 11 : 37.

ܡܫܬܚ *m.* Tetendit, extendit, expandit. *Hebr.* מָתַח, *Chald.* מְתַח. ܡܫܬܚܘܗܝ extendiſſent eum, *Act.* 22: 25. *Benoni* ܡܫܬܚܝܢܢ extendimus, 2 *Cor.* 10 : 14; *conſtat ex* ܡܫܬܚܝܢ extendentes & ܚܢܢ nos *vel* ſumus.

* מְתַל *Chald.* Parabalà, ſimilitudine uſus eſt, parabolizavit, parabolicè locutus eſt, comparavit. *Ex Hebr.* מָשַׁל, *mutato* ש *in* ת, *Arab.* مَثَّلَ מַתֵּל. *Aphel Chald.* אַמְתֵּל & *Syr.* ܐܡܬܠ Idem *quod Peal Chaldaicum.* ܡܬܠܐ ܐܡܬܠ parabolam propoſuit, *Mat.* 13: 24. 31. *Futur.* ܢܡܬܠܝܗ̇ comparabimus id *regnum*, *Mar.* 4: 30.

ܡܬܠܐ *m. emph.* Parabola, ſimilitudo, ſimile, proverbium, ænigma, fabula: exemplar, typus. *Hebr.* מָשָׁל, *Chald.* מְתַל, *emph.* מַתְלָא, *Arab.* مثل מַתַּל. Parabola, *Mat.* 13: 18. 24. 31. 33. 36. 15: 15. 21: 33. *Mar.* 4: 10. 13. 7: 17. 12: 12. Proverbium, *Luc.* 4: 23. Parabola, *cap.* 5: 36. 6: 39. 8: 9. 11. 12: 16. 41. 13: 6. 14: 7. 15: 3. 16: 1. 18: 1. 9. 20: 9. 19. 21: 29. Exemplar, *Hebr.* 9: 9. Similitudo, *cap.* 11: 19. Proverbium, 2 *Petr.* 2: 22. *Plur. emph.* ܡܬ̈ܠܐ parabolæ, *Mat.* 13 : 35. 53. 22: 1. *Mar.* 3: 23. 4: 2. 11. 33. 34. 12: 1. *Luc.* 8: 4. Fabulæ, 2 *Petr.* 1: 16. ܡܬ̈ܠܘܗܝ parabolæ ejus, *Mat.* 21: 45.

idem præfixum in phraſi iſta ܓܠܝܐ ܒܥܝܢ *aut* ܒܥܝܢ ܓܠܝܐ, *quæ ad literam exponeretur, ad* oculum *ſ.* conſpectum, in aperto: *vertitur autem*, Palàm, manifeſtè, apertè, clarè, dilucidè, conſpicuè, liberè, cum fiducia, παῤῥησίᾳ. Apertè, *Marc.* 8: 32. *Joh.* 16: 25. 18: 20. *Act.* 2: 29. 4: 13. 29. Palàm, *v.* 31. 9: 27. 29. 10: 40. Apertè, *cap.* 13: 46. Manifeſtè, *cap.* 18: 26. Palàm, *cap.* 19: 8. Liberè, *cap.* 26: 26. 28: 31 Apertè, 2 *Cor.* 3: 12. liberè, ἐν παῤῥησίᾳ, *Eph.* 6: 19. Cum fiducia, μετὰ παῤῥησίας, *Hebr.* 4: 16. *vide & ſupra pag.* 90.

Emph. ܥܝܢܐ oculus, *Matt.* 5: 38, *bis.* 6: 22. 18: 9. *Marc.* 7: 22. 9: 47. 1 *Cor.* 12: 21. *Col.* 3: 22.

ܥܝܢܗ oculus ejus, *Matt.* 7: 3. 5; *affixum in his locis* πλεονάζει. ܥܝܢܟ oculus tuus, *Matt.* 5: 29. 6: 22. 23. 7: 3. 4, *bis.* 5. 18: 9. 20: 15. *Marc.* 9: 47.

Plur. ܥܝ̈ܢܝܢ oculi, *Matt.* 18: 9. *Emph.* ܥܝ̈ܢܐ oculi, *Marc.* 8: 18. *Luc.* 10: 23. *Joh.* 9: 32. 1 *Cor.* 12: 17. 2 *Petr.* 2: 14. *Apoc.* 1: 7. 14. 2: 18. 4: 6. 8. 5: 6. 9: 4. 13: 16. 14: 1. 17: 5. 20: 4. 21: 4. 22: 4.

ܥܝ̈ܢܘܗܝ oculi ejus *vel* ſui. *Luc.* 18: 13. *Joh.* 9: 6. 14: 21. *Apoc.* 14: 9. 19: 12. ܥܝ̈ܢܝܟ oculi tui, *Joh.* 9: 10. 17. 26. *Apoc.* 3: 18. ܥܝ̈ܢܝ oculi mei, *Joh.* 9: 11. 15. 30. ܥܝ̈ܢܝܗܘܢ oculi eorum *vel* ſui. *Matt.* 9: 29. 13: 15. 26: 43. *Apoc.* 7: 3. 17. ܥܝ̈ܢܝܟܘܢ oculi veſtri, *Matt.* 13: 16.

Præpoſitio ܠܥܝܢ coram *jungitur cum affixis in morem nominum maſculinorum pluralis numeri, ut* ܠܥܝ̈ܢܝܗܘܢ coram iis, *Luc.* 5: 25. 24: 43. *Joh.* 15: 24. ܠܥܝ̈ܢܝܟܘܢ coram vobis, *Luc.* 23: 14. *media radicalis vel exprimitur vel eliditur.*

ܥܝܢܐ *cum de fonte dicitur pluralem facit* ܥܝ̈ܢܘܬܐ; *at* ܥܝ̈ܢܐ *tantùm cum de oculo*: Pocock *in* Jud. *v.* 12.

ܡܥܝܢܐ *c. emph.* Fons, ſcatebra, ſcaturigo. *Hebr. & Chald.* מַעְיָן, *emph.* מַעְיְנָא; *ita Boderianus, Crineſius & Buxtorfius Syriacè ponunt* ܡܥܝܢܐ מַעְיְנָא; *ſed in Vienneṇſi, Regiâ & Troſtii editione* Joh. 4: 6 [*ubi ſolum in his editionibus hæc vox punctata invenitur*] extat ܡܥܝܢܐ: *ideoque in Lex. Troſtii, Caſtelli & noſtro, nec non in* Pariſ. & Angl. *edit. ubique eſt* ܡܥܝܢܐ: *vide & not. de Dieu* Apoc. 7: 17. Fons, *Marc.* 5: 29. *Joh.* 4: 6, *bis.* 14. *Apoc.* 21: 6.
Plur. emph. ܡܥܝ̈ܢܐ 2 *Petr.* 2: 17. *Apoc.* 7: 17. 8: 10. 14: 7. 16: 4.

ܥܠܒ *m.* Injuriâ, contumeliâ affecit, calumniatus eſt, oppreſſit,

preſſit, injuriâ abſtulit, defraudavit, decepit. *Chald.* עֲלַב: *Arab.* غلب עָלַב vim intulit, vi coëgit & abſtulit, vicit, ſuperavit. ܥܠܒܬ *c.* injuriâ abſtuli, *Luc.* 19 : 8. ܥܠܒܢ *c.* injuriâ affecimus, 2 *Cor.* 7 : 2. *Benoni* ܥܳܠܒܺܝܢ *m.* injuriâ afficientes, 1 *Cor.* 6 : 8. *Infinit.* ܠܡܥܠܒܘ injuriâ afficere, 1 *Theſ.* 4 : 6. *Futur.* ܢܥܠܒܢ decipiat nos, 2 *Cor.* 2 : 11.

Ethpaal ܐܬܥܠܒ *m.* *Paſſiv. præced.* *Peal.* *Partic.* ܡܬܥܠܒܝܢ *m.* injuriam patientes, 1 *Cor.* 6 : 7 ; ἀδικούμενοι.

ܥܠܘܒܐ *m. emph.* Calumniator, oppreſſor, defraudator, iniquus, injurius, injuſtus, raptor; avarus, per fas & nefas bona congerens. *Reſpondet Græc.* ἄδικος & πλεονέκτης. Avarus, 1 *Cor.* 5 : 11. *Eph.* 5 : 5. *Plur. emph.* ܥܠܘܒܐ injurii, *Luc.* 18 : 11. Avari, 1 *Cor.* 5 : 10. 6 : 10.

ܥܠܘܒܘܬܐ *f. emph.* Calumnia, fraus, defraudatio, oppreſſio, afflictio, iniquitas; avaritia. *Græc.* ἀδικία, & πλεονεξία. Avaritia, *Marc.* 7 : 22. *Rom.* 1 : 29. *Eph.* 5. 3. *Col.* 3 : 5. 2 *Petr.* 2 : 3. 14.

* עָלָה *Hebr.* Scandit, aſcendit, conſcendit, tranſcendit, in altum tetendit *ſeu* ingreſſus eſt, exaltatus, elatus, elevatus, impoſitus fuit. *Chald.* עֲלָא, *Arab.* علا. *Paël* ܥܠܝ *m.* Elevavit, extulit. *Part. præt.* ܡܥܠܝ *m.* elatus, *emph.* ܡܥܠܝܐ, *fœm. emph.* ܡܥܠܝܬܐ. *Ethpaal* ܐܬܥܠܝ *m.* Elevatus, exaltatus, ſublatus eſt; aſcendit. Sublatum eſt *vas*, *Act.* 10 : 16. Sublatus eſt, 1 *Petr.* 3 : 22. *Imperat.* ܐܬܥܠܐ *m.* aſcende, *Luc.* 14 : 10; *Gr.* προσανάβηθι.

Ethpaal quadratum ܐܫܬܥܠܝ *m.* Exaltatus, elatus fuit; extulit, evexit ſe. *Partic.* ܡܫܬܥܠܐ *m.* extollens, efferens ſe, 2 *Theſ.* 2 : 4. *Jacob.* 3 : 5. *Plur maſc.* ܡܫܬܥܠܝܢ extollentes ſe, *c.* 2 : 6. Exaltati, *v.* 13.

ܥܠ Ad, adverſus, apud, contra, cum, de, in, juxta, ob, penes, per, præter, pro, propter, ſecundum, ſub, ſuper, ſupra. Ad, *Matt.* 3 : 10. *Apoc.* 8 : 3. Adverſus, contra, 1 *Tim.* 5 : 19. De, *Matt.* 2 : 8. 26 : 4. 1 *Cor.* 5 : 10, *ter.* 2 *Cor.* 1 : 8. *Phil.* 1 : 7. *Hebr.* 11 : 2. 1 *Petr.* 3 : 16. *Apoc.* 10 : 11, *bis.* In *cum accuſ.* *Matt.* 26 : 12. *Act.* 20 : 36. 21 : 5. 1 *Cor.* 2 : 9. *Tit.* 1 : 2. 1 *Petr.* 1 : 13. In *cum ablat.* *Marc.* 4 : 1. 2 *Cor.* 1 : 9, *bis.* 9 : 3. *Phil.* 1 : 3. 1 *Tim.* 5 : 5. 1 *Petr.* 1 : 21. *Apoc.* 5 : 3. juxta,

Marc. 4: 1, *bis.* *Act.* 21: 5. *Hebr.* 10: 28. Ob, propter, *Matth.* 2: 18. 26: 50. *Luc.* 13: 14. 23: 28. Per, *Joh.* 4: 4. 2 *Cor.* 13: 1. 1 *Tim.* 5: 19. Pro, *Phil.* 1: 7. *Jacob.* 5: 16. Sub, *Rom.* 8: 21. Super, ſupra, *Matt.* 3: 4. 5: 23. *Luc.* 23: 28, *bis.* *Jacob.* 5: 17. *Apoc.* 4: 4. 5: 3.

ܥܠ ܐܦܝ pro, propter, *ad commodum refertur: vide ſupra pag.* 33. 34. ܥܠ ܓܢܒ ad, apud, &c. *vide pag.* 85. ܥܠ ܕ eò quòd, quia, quoniam, quandoquidem, *Jeſ.* 3: 16. *Luc.* 13: 14. ܥܠ ܗܘ *vel* ܥܠܗܘ propter illud, *Matt.* 26: 50. 2 *Petr.* 1: 10; *vide hoc in loco var. Lect.*

ܥܠ *affixa ſibi jungit more nominum plur. maſc. ut* ܥܠܘܗܝ ſuper ipſum, *Matt.* 3: 16. Penes *quem ſunt*, *Joh.* 6: 9; *affixum hoc in loco* πλεονάζει. De eo, *Hebr.* 11: 4. Super eum, *Apoc.* 22: 18.

ܕܐܝܬ ܥܠܝܗ penes quam erat, *Matt.* 26: 7; *affixum hîc abundat.* ܥܠܝܟ de te, *Matt.* 4: 6. ܥܠܝ propter me, *Luc.* 23: 28. ܥܠܝܗܘܢ in eas *gentes*, *Rom.* 15: 9. Propter eos, *Jacob.* 5: 7. ܥܠܝܗܘܢ ܕܟܘܪܣܘܬܐ in thronis, *Apoc.* 4: 4. ܥܠܝܗܝܢ præter ea *talenta*, *Matt.* 25: 20. 22. Adverſus eas, *Col.* 3: 19. Ad hæc, *Apoc.* 22: 18. ܥܠܝܟܘܢ adverſus vos, *Matt.* 5: 11. Per vos, *Rom.* 15: 28. 2 *Cor.* 1: 16. Erga vos, *cap.* 7: 15. 8: 22. De vobis, 2 *Cor.* 10: 1. Vobiscum, *Col.* 1: 2. Pro vobis, *verſſ.* 3. & 9. De vobis, 2 *Theſ.* 3: 4. Contra vos, *Jacob.* 5: 3. De vobis, 1 *Petr.* 3: 16.

ܨܠܘ ܥܠܝܢ orate pro nobis, 2 *Theſ.* 3: 1.

ܠܥܠ, *cum præfixo* ܠ, Sublimè, 1 *Paral.* 22: 5. Surſum, *Apoc.* 5: 3. ܠܥܠ *præpoſito* ܡܢ *ſe habet ut adverbium, nullumque nomen poſt ſe admittit, ut* ܡܢ ܠܥܠ ſupernè, *Joh.* 3: 31. Suprà, ſuperiùs, *Hebr.* 4: 7. 10: 8. Supernè, *Jacob.* 1: 17. 3: 17. Deſuper, 2 *Petr.* 2: 17.

ܠܥܠ *poſtpoſito* ܡܢ *ſe habet ut præpoſitio, & poſt* ܡܢ *ferè ſemper aliquod nomen vel pronomen poſtulat, ut* ܠܥܠ ܡܢ ſupra, *ſubintellige, locum*, *Mat.* 2: 9. ܠܥܠ ܡܢܗ ſuper illud *altare*, *cap.* 23: 18. 20. Super ipſum *ſolium*, *v.* 22. Super eum, *Luc.* 23: 38. *Apoc.* 20: 3. 11. ܠܥܠ ܡܢ ܟܠ ſupra omnes, *Joh.* 3: 31, *bis.* *Eph.* 1: 21, *bis.* 22. 4: 10. ܠܥܠ ܡܢܗ ſupra eam, *Hebr.* 9: 5. *Vide notas Pocock in* 2 *Petr.* 2: 17. & *Gram. Amiræ pag.* 447.

ܥܠܬܐ *a.* ܥܠܬܐ *f. emph.* Sacrificium: Ara, altare; excelſum. *Hebr.* עולה holocauſtum, *Chald.* עֲלָא, *emph.* עֲלָתָא & עַלְתָא *juxta hanc formam emphaticam Chaldaicam vox Syriaca regulariter eſſet* ܥܠܬܐ: *conf.* ܡܕܒܚܬܐ *in* ܡܕܒܚܐ. *Act.* 17: 23; *vide hîc var. Lect.* *Plur. emph.* ܥܠܘܬܐ

ܥܠܡ

ܥܠܝ *m.* Altus, excelſus, ſublimis, ſupernus, ſuperior, ſupremus, ſummus, altiſſimus. *Chald.* עִלָּי. *Emph.* ܥܠܝܐ, *Chald.* עִלָּאָה. Excelſus, *Luc.* 1 : 32. 35. 76. *Fœm. emph.* ܥܠܝܬܐ ſuperior, *Gal.* 4: 26. *Plur. maſc. emph.* ܥܠܝܐ ſuperiores, *Act.* 19: 1.

ܥܠܝܬܐ *f. emph.* Contignatio ſuperior, tabulatum ſuperius, cœnaculum. *Conclave in quod per gradus aſcenditur. Chald.* עִלִּי, *emph.* עִלִּיתָא, *conſtr.* עִלִּית. Cœnaculum, *Marc.* 14 : 15. *Luc.* 22: 12. *Act.* 1 : 13. 9: 37. 39. 20: 8.

ܥܠܠ ܥܠ *m.* Introivit, ingreſſus eſt, intravit. *Chald.* עֲלַל עַל, *Sam.* ࠏࠋࠋ ࠏࠋ עלל על, *Arab.* عَلَّ غَلَّ Idem. عَلَّ עַל Cauſam, occaſionem præbuit. Ingreſſus fuit, *Matt.* 8: 5. 9: 25. 12: 4. 17: 25. 21: 10. 12. 24: 38. 26: 58. *Marc.* 2: 1. 26. 3: 1. 5: 39. 40. 7: 17. 24. 9: 28. 11: 11. 15. 15: 43. *Luc.* 1: 9. 28. 4: 16. 18. 6: 4. 6. 7: 1. 36. 10: 38. 11: 37. 14: 1. 17: 27. 19: 1. 7. 45. 22: 3. 24: 29. *Joh.* 18: 1. 33. 19: 9. 20: 5. 6. 8. *Act.* 1: 21. 3: 8. 9: 12. 10: 3. 27. 11: 3. 18. 12: 17. 13: 14. 14: 1. 16: 36. 18: 7. 19. 17: 2. 19: 8. 21: 11. 26. 29. 23: 16. 25: 23. 27: 2. 28: 8. *Hebr.* 4: 10. 7: 19. 9: 11. 12. 24.

ܥܠܬ *f.* introivit, *Marc.* 6: 22. 25. *Luc.* 1: 40. 7: 45. 9: 46. *Act.* 5: 7. *Jacob.* 5: 4. ܥܠܬ *m.* ingreſſus es, *Matt.* 22: 12. ܥܠܬ *c.* ingreſſus ſum, *Luc.* 7: 44. *Act.* 20: 18. ܥܠܘ *m.* ingreſſi ſunt, *Matt.* 2: 11. 27: 53. *Marc.* 1: 21. 5: 13. 9: 33. *Luc.* 8: 33. 9: 34. 52. *Joh.* 4: 8. 18: 28. *Act.* 1: 13. 5: 10. 21. 10: 24. 11: 20. 13: 5. 16: 40. *Gal.* 2: 4. *Hebr.* 4: 6. Subierunt *flagella, cap.* 11: 36.

ܥܠܝ *f.* ingreſſæ ſunt, *Matt.* 25: 10. ܥܠܝܢ *f.* idem, *Mar.* 16: 5. *Luc.* 24: 3. 1 *Petr.* 3: 20. ܥܠܬܘܢ *m.* ingreſſi eſtis, *Luc.* 11: 52. *Joh.* 4: 38. ܥܠܢ *c.* ingreſſi ſumus, *Act.* 11: 12. 21: 8. 18. 28: 16.

Benoni ܥܐܠ *m.* ingrediens, *Matt.* 15: 11. 17. *Marc.* 6: 56. 7: 15. 18. 19. 14: 14. *Luc.* 8: 16. *Joh.* 10: 1. 2. *Act.* 8: 3. 9: 28. 10: 25. *Hebr.* 6: 19. 9: 7. 25. 10: 5.

Fœm. ܥܐܠܐ intrans, *Joh.* 19: 42. *Hebr.* 4: 12. *Plur. maſc.* ܥܐܠܝܢ ingredientes, *Matt.* 7: 21. 10: 11. 12. 23: 14, *bis. Luc.* 6: 10. 9: 4. 10: 5. 8. 10. 11: 33. 52. 19: 30. 22: 10. *Act.* 3: 2. 3. 17: 10. *Hebr.* 4: 3; *hîc eſt compoſitum cum pronomine* 1 *Perſ. plur. num. Cap.* 9: 6.

Plur. fœm. ܥܐܠܢ *Matt.* 12: 45. *Marc.* 4: 19. *Luc.* 11: 26.

Peïl plur. maſc. ܥܠܝܠܝܢ ܗܘܘ ingreſſa fuerant *dæmonia*, *Luc.* 8: 30; *quod activam habet ſignificationem: nam Peïl ſæpe activè ſumitur, & idem omnino ſignificat quod Benoni; vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 181.

Infinit. ܠܡܥܠ ingredi, M*att.* 19: 24. 23: 14. M*arc.* 10: 25. L*uc.* 13: 24. 15: 28. Ad intrandum, *cap.* 17: 12. Ingredi, *Joh.* 3: 4. 20: 5; *hoc in loco eſt ſine præfixo Lomad, & ad confirmationem cum eodem verbo repetitur : vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 183. *Act.* 14: 21. Ut introiret, *cap.* 21: 37. Ut *non* ingrediatur, *Hebr.* 4: 1. Intrare, *Apoc.* 15: 8.

Imperat. ܥܘܠ *m.* ingredere, M*att.* 6: 6. 25: 21. 23. *Act.* 9: 6. ܥܘܠܘ *m.* introite, M*att.* 7: 13. *Futur.* ܢܥܘܠ intrare, M*att.* 12: 29; *eſt hic futurum cum præfixo dolath loco infinitivi: ſimiliter, cap.* 19: 23. 24. *Marc.* 1: 45. 3: 27. Ingredietur, *cap.* 10: 25. 13: 15. *Luc.* 8: 41. 51. 16: 16. 18: 17. 25. 24: 26. *Joh.* 10: 9, *bis. Act.* 19: 30; *eſt & hoc in loco futurum cum præfixo dolat pro infinitivo.* Ingredietur, *v.* 31. *Rom.* 11: 25. *Hebr.* 4: 6. *Jacob.* 2: 2, *bis. Apoc.* 21: 27.

ܬܥܘܠ *m.* ingredieris, M*att.* 8: 8. 18: 8. 9. Ingredi, *cap.* 19: 17; *hic eſt futurum cum præfixo dolath loco infinitivi.* Intrabis, *Mar.* 8: 26. 9: 43. 45. 47. *Luc.* 7: 6. ܬܥܠܝܢ *f.* ingredieris, M*arc.* 9: 25; *vide var.* L*ectiones.* ܐܥܘܠ *c.* intrabo, *Apoc.* 3: 20. ܢܥܠܘܢ *m.* ingredientur, M*arc.* 10: 23. 24. *Luc.* 8: 32. 14: 23. 18: 24. 21: 21. *Act.* 20: 29. *Hebr.* 3: 11. 18. 4: 3. 5. *Apoc.* 22: 14. ܬܥܠܘܢ *m.* ingrediemini, M*att.* 5: 20. 10: 5. 18: 3. 26: 41. M*arc.* 14: 38. L*uc.* 22: 40. 46. *Jacob.* 1: 2. ܢܥܘܠ *c.* ingrediamur, *Marc.* 5: 12. *Hebr.* 4: 11.

Paël quadratum ܥܠܥܠ *m.* Turbinem, procellam excitavit.

Ethpaal ܐܬܥܠܠ *m.* Ingreſſus eſt, intravit, *Joh.* 13: 27.

Ethpaal quadratum ܐܬܥܠܥܠ Turbo, procella excitata eſt.

Aphel ܐܥܠ *m.* Introduxit, ſubintroduxit, induxit, adduxit, attulit, intulit, immiſit; produxit, protulit: introivit, ingreſſus eſt. Introduxit, *Act.* 10: 23. 16: 24. 21: 28. *Hebr.* 2: 10. ܐܥܠܗ introduxit eum, *Joh.* 18: 16; *hoc in loco affixum* πλεονάζει. *Act.* 23: 18. ܐܥܠܬ *f.* produxerat, L*uc.* 12: 16. ܐܥܠܘ *m.* immiſerunt, 1 *Tim.* 6: 10. ܐܥܠܘܗܝ introduxerunt id *tabernaculum*, *Act.* 7: 45. Introduxerunt eum, *c.* 9: 8. ܐܥܠܢ c. intulimus, 1 *Tim.* 6: 7. *Partic. præſ.* ܡܥܠ *m.* inducens, *Hebr.* 1: 6. *Plur. maſc.* ܡܥܠܝܢ introducentes, L*uc.* 2: 27. 2 *Petr.* 1: 5. Subintroducentes, *c.* 2: 1. *Infinit.* ܡܥܠܘ ܐܥܠܘܗܝ introducere introduxerunt id, *i. e.*, omnino introduxerunt id *tabernaculum*, *Act.* 7: 45. ܠܡܥܠܘ ingredi, *Hebr.* 3: 19; *Gr.* εἰσελθεῖν. *Imperat.* ܐܥܠ *m.* introducito, L*uc.* 14: 21. *Futur.* ܬܥܠܢ inducas nos, M*at.* 6: 13.

ܐܠܐ

ܬܥܠܝܢ idem, Luc. 11: 4; *hîc prima radicalis vocalem ſuam Revozo retinuit, & poſt tertiam radicis ante affixum litera jud adſcita eſt, quod cum affixo primæ perſonæ utriuſque numeri in ſecunda perſona maſculina ſingulari Imperativi regulariter, in Futuro interdum fieri ſolet: vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 377. 378. 385.

ܢܥܠܘܢ *m.* inferrent, Luc. 5: 18. ܢܥܠܘܢܝܗܝ introducerent eum, *Act.* 23: 10. ܢܥܠܘܢܝܗܝ *quumque non invenirent quomodo* inferrent eum, *Luc.* 5: 19.

ܥܠܬܐ ܥܠܐ *f.* Cauſa, occaſio: prætextus, excuſatio. *Chald.* עִלָּא. ܥܠܬܐ occaſio, cauſa, *Matt.* 19: 3. *vide hîc var. Lect. Emph.* ܥܠܬܐ prætextus, *Matt.* 23: 13. Cauſa, *c.* 27: 37. Occaſio, *Marc.* 12: 40. Cauſa, *c.* 15: 26. *Luc.* 8: 47. Prætextus, *c.* 20: 47. Cauſa, *c.* 23: 4. 14. 22. Excuſatio, *Joh.* 15: 22. Cauſa, *c.* 18: 38. 19: 4. 6. *Act.* 4: 21. 10: 21. 13: 28. 19: 40. 22: 24. 23: 28. 29. Prætextus, *c.* 27: 30. Occaſio, *Rom.* 7: 8. 11. 2 *Cor.* 5: 12. 6: 3. 11: 12. Prætextus, *Phil.* 1: 18. Occaſio, 1 *Theſ.* 2: 5. 1 *Tim.* 5: 14. *Hebr.* 5: 9.

Conſtr. ܥܠܬ occaſio, *Gal.* 5: 13. ܥܠܬܗܘܢ occaſio eorum, 2 *Cor.* 11: 12. *Plur. emph.* ܥܠܠܬܐ cauſæ. *Secunda radicalis* ܠ *occultatur: confer.* ܐܠܠܬܐ *ſupra pag.* 92. *Similiter numerus pluralis nominis proximè ſequentis.*

ܥܠܠܬܐ *f. emph.* Proventus, reditus, fructus, fruges. *Chald.* עֲלַל עֲלַלְתָּא עֲלַלָּא. 1 *Cor.* 9: 10. *Plur. emph.* ܥܠܠܬܐ proventus, *Luc.* 12: 16. ܥܠܠܬܝ proventus mei, *v.* 17.

ܥܠܥܠܐ *f. emph.* Turbo, procella, tempeſtas. *Chald.* עִלְעוֹל עִלְעוֹלָא & עִלְעוֹל עִלְעוֹלָא. Turbo, *Marc.* 4: 37. Procella, *Luc.* 8: 23. Tempeſtas, *Act.* 27: 14. Procella, *Hebr.* 12: 18; *hæc ipſa vox hoc in loco legitur in* Pariſ. *maj.* & *Angl. editionibus; cæteri codices omnes hîc habent* ܥܪܘܦܠܐ: *vide hoc in* ערף.

ܡܥܠܬܐ *f. emph.* Ingreſſus, introitus, aditus. Ingreſſus, *Hebr.* 4: 1. Introitus, 2 *Petr.* 1: 11.

ܡܥܠܢܐ *m. emph.* Idem. Introitus, *Rom.* 5: 20. Ingreſſus, 1 *Theſ.* 1: 9. *Hebr.* 10: 19. ܡܥܠܢ ingreſſus noſter, 1 *Theſ.* 2: 1.

ܡܥܠܢܘܬܐ *f. emph.* Introductio: introitus, *Jud. v.* 4.

* עֶלֶם *Hebr.* Ignoravit. *Paül cum affixo* עֲלֻמֵנוּ ignorata, occulta noſtra, *vel* ignoratum, occultum noſtrum, *Pſal.* 90: 8. *Contrarium ſignificatum obtinet Arab.* عَلِمَ עָלַם Scivit. عَلَم עֶלֶם *ſignifi-*

cat

cat Cupidus coëundi fuit. *Conjug.* IV Ad venerem incendit. *Æth.* ዐለም: עלם Æternitati conſecravit. *Ethpeel* ܐܬܥܠܡ *m.* Adolevit. ܐܬܥܠܡܝ *f.* adoleverunt, *Apoc.* 14:18; *vide var. Lect.* *Paël* ܥܰܠܶܡ *m.* juvenis factus eſt, juveneſcere fecit.

ܥܳܠܡ *m.* Seculum, ævum; æternum, æternitas, perpetuum, ſempiternum: mundus. *Hebr.* עוֹלָם, *Chald.* עָלַם, *Arab.* عَالَم עָאלַמִן, *Æth.* ዐለም: עלם. *Notat integram cujuſque rei de qua ſermo eſt durationem. Nomen ab ignorantia deductum; quia tempora hominibus ſunt* incognita. Æternum, æternitas, *Matt.* 18: 8. 19: 16. 29. 21: 19. 25: 41. 46, *bis.* *Marc.* 10: 17. 30. 11: 14. *Luc.* 10: 25. 16: 9. 18: 18. 30. *Joh.* 3: 15. 16. 36. 4: 14. 36. 5: 24. 39. 40. 6: 27. 35. 40. 47. 51. 54. 58. 68. 8: 35, *bis.* Seculum, ævum, *c.* 9: 32. Æternum, æternitas, *c.* 10: 28, *bis.* 13: 8. 14: 16. 17: 2. 3. 20: 31. Seculum, ævum, *Act.* 3: 21. Æternum, æternitas, *c.* 13: 46. 48. *Rom.* 1: 20. 2: 7. 5: 21. 6: 22. 23. 16: 26. 1 *Cor.* 8: 13. 2 *Cor.* 4: 18. *Gal.* 6: 8. 2 *Theſ.* 1: 9. 1 *Tim.* 1: 16. *Tit.* 1: 2. 3: 7. *Philem.* *v.* 15. *Hebr.* 5: 6. 6: 2. 20. 7: 17. 21. 24. 25. 9: 12. 1 *Petr.* 3: 7. 5: 10. 2 *Petr.* 1: 11. 1 *Joh.* 1: 2. 2: 17. 3: 15. 5: 11. 13. 20. 2 *Joh.* *v.* 2. *Jud.* *verſſ.* 7. 13. 21. *Apoc.* 14: 6.

Emph. ܥܳܠܡܳܐ, *Chald.* עָלְמָא. Mundus, *Mat.* 4: 8. 5: 14. Seculum, *c.* 12: 32. Mundus, *c.* 13: 38. 16: 26. 18: 7. Seculum, *c.* 19: 28. Mundus, *c.* 24: 21. 25: 34. 26: 13. 28: 20. *Marc.* 8: 36. Seculum, *c.* 10: 30. Mundus, *c.* 14: 9. 16: 15. *Luc.* 9: 25. 11: 50. 12: 30. Seculum, *c.* 18: 30. Mundus, *Joh.* 1: 9. 10, *ter.* 29. 3: 16. 17, *ter.* 19. 4: 42. 6: 14. 33. 51. *Joh.* 7: 4. 7. 8: 12. 23, *bis.* 26. 9: 5, *bis.* 39. 10: 36. 11: 9. 27. 12: 19. 25. 31. 46. 47, *bis.* 13: 1. 14: 17. 19. 22. 27. 30. 31. 15: 18. 19, *quinquies.* 16: 8. 11. 20. 21. 28, *bis.* 33. 17: 5. 6. 9. 11, *bis.* 12. 13. 14, *ter.* 15. 16, *bis.* 18, *bis.* 21. 23. 24. 25. 18: 36. 37. 21: 25. *Act.* 17: 24. *Rom.* 1: 8. 20. 3: 6. 19. 4: 13. 5: 12. 13. 11: 12. 15. 1 *Cor.* 1: 20, *bis.* 21. 27. 28. 2: 6, *bis.* 8. 12. 3: 19. 22. 4: 13. 5: 10, *bis.* 6: 2, *bis.* 7: 31, *bis.* 33. 34. 8: 4. 10: 11. 11: 32. 14: 10. 2 *Cor.* 1: 12. 5: 19. *Gal.* 4: 3. 6: 14, *bis.* *Eph.* 1: 4. 2: 2. 12. 6: 12. *Col.* 1: 6. 2: 8. 20, *bis.* 1 *Tim.* 1: 15. 3: 16. 6: 7. 2 *Tim.* 4: 10. Seculum, *Hebr.* 2: 5. Mundus, *c.* 4: 3. 9: 26. 10: 5. 11: 7. 38. *Jacob.* 1: 27. 2: 5. 3: 6. 4: 4, *bis.* 1 *Petr.* 1: 20. 5: 9. 2 *Petr.* 1: 4. 2: 1. 5, *bis.* 20. 3: 6. Seculum, *v.* 18. Mundus, 1 *Joh.* 2: 2. 15, *bis.* 16, *ter.* 3: 17. 4: 1. 3. 4. 5, *ter.* 9. 14. 17. 5: 4, *bis.* 5. 19. 2 *Joh.* *v.* 7. *Apoc.* 11: 15. 13: 8. 17: 8.

Conſtr. ܥܳܠܰܡ ſeculum *ſeculorum*, *Matt.* 6: 13. *Rom.* 9: 5. 11: 36. 1 *Tim.* 1: 17. ܥܳܠܰܡ ܥܳܠܡܺܝܢ *Rom.* 16: 27. *Plur.* ܥܳܠܡܺܝܢ ſecula, *Matt.* 6: 13. *Rom.* 9: 5. 11: 36. 16: 27. *Eph.* 3: 21. 1 *Tim.* 1: 17. 1 *Petr.* 1: 25. *Apoc.* 4: 9. 10. *Emph.* ܥܳܠܡ̈ܶܐ ſecula, *Rom.* 16: 25. *Eph.* 2: 7. 3: 9. 11. *Col.* 1: 26. 1 *Tim.* 1: 17. 2 *Tim.* 1: 9. *Hebr.* 1: 2. 11: 3. *Jud.* *v.* 25. *Apoc.* 1: 6, *bis.* 18, *bis.* 4: 9. 10. 5: 13, *bis.* 7: 12, *bis.* 10: 6, *bis.* 11: 5, *bis.* 14: 11, *bis.* 15: 3. 7, *bis.* 19: 3, *bis.* 20: 10, *bis.* 22: 5, *bis.*

Conſtr. ܥܳܠܡ̈ܰܝ ܕܥܳܠܡܺܝܢ ſecula ſeculorum, *Epheſ.* 3: 21.

ܥܠܰܝܡܳܐ *m. emph.* Puer, puerulus, adoleſcens, juvenis, junior. *Hebr.*

Hebr. עֶלֶם, *Chald.* עוּלֵם, *emph.* עוּלֵימָא, *Arab.* غُلَامٌ עלאמן. Adoleſcens, *Matt.* 19: 20. 22. *Marc.* 14: 51. 16: 5. *Luc.* 7: 14. *Act.* 7: 58. 20: 9. 12. 23: 17. 18, *bis.* 19. 20. 22.

Fœm. emph. ܥܠܝܡܬܐ Puella, juvencula, adoleſcentula, ancilla, *Marc.* 14: 66. 69. *Luc.* 22: 56. *Joh.* 18: 17. *Act.* 16: 17.

Plur. maſc. ܥܠܝܡܝܢ juvenes, *Act.* 5: 6. *Emph.* ܥܠܝܡܐ juvenes, *v.* 10. Juniores, 1 *Petr.* 5: 5. Adoleſcentes, 1 *Joh.* 2: 13. 14.

ܥܠܡܝܐ *m. emph.* Mundanus, ſecularis, laicus. *Hebr.* 9: 1.

ܥܠܡܝܘܬܐ *f. emph.* Mundanitas, mundana vanitas. ܥܠܡܝܘܬܗ mundana vanitas ejus, *Eph.* 2: 2; *affixum hic eſt pleonaſticum.*

ܥܡܕ *m.* Abluit ſe, ablutus, intinctus, immerſus in aquam, baptizatus eſt. *Hebr.* עָמַד Stetit. *Arab.* عمد עמד Re altiore, columnâ, palo ſuſtinuit, fulſit, ſtabilivit, erexit. Tinxit, baptizavit. *Conjug.* II. Fulſit, ſuſtinuit columnâ palove. Baptizavit. *Conj.* V. Baptizatus fuit. Baptizatus fuit, *Mat.* 3: 16. *Luc.* 3: 21. Abluiſſet ſe, *c.* 11: 38. Baptizatus eſt, *Act* 8: 13. 9: 18. 16: 33.

ܥܡܕܬ *f.* baptizata eſt, *Act.* 16: 15. ܥܡܕܘ *m.* baptizati fuerunt, *Luc.* 7: 29. *Act.* 2: 41. 19: 5. 1 *Cor.* 10: 2. ܥܡܕܬܘܢ *m.* baptizati eſtis, 1 *Cor.* 1: 13. *Gal.* 3: 27. ܥܡܕܢ *c.* baptizati ſumus, *Rom.* 6: 3. 1 *Cor.* 12: 13. *Benoni* ܥܡܝܕ ܐܢܐ *m.* baptizor, *Matt.* 20: 22. 23. *Marc.* 10: 38. 39. ܥܡܝܕ baptizatus fuerit, *Marc.* 16: 16. *Plur. maſc.* ܥܡܕܝܢ baptizabantur, *Matt.* 3: 6. Abluentes ſe, *Marc.* 7: 4. Baptizabantur, *Joh.* 3: 23. *Act.* 8: 12. 16. 18: 8. Baptizantur, 1 *Cor.* 15: 29, *bis.* *Infinit.* ܠܡܥܡܕ ut baptizarentur, *Matt.* 3: 7. *Luc.* 3: 7. 12. *Imperat.* ܥܡܕ *m.* baptizare, *Act.* 22: 16. ܥܡܕܘ *m.* baptizemini, *Act.* 2: 38. *Futur.* ܢܥܡܕ *m.* baptizaretur, *Matt.* 3: 13. ܐܥܡܕ *c.* baptizer, *Luc.* 12: 50. *Act.* 8: 36. ܢܥܡܕܘܢ *m.* baptizentur, *Act.* 10: 47. 48. ܬܥܡܕܘܢ *m.* baptizabimini, *Matt.* 20: 22. 23. *Marc.* 10: 38. 39. *Act.* 1: 5. 11: 16.

Ethpeel ܐܬܥܡܕ *m.* Idem *quod Peal.* Baptizatus eſt, *Marc.* 1: 9. ܐܬܥܡܕܘ *m.* baptizati ſunt, *Luc.* 7: 30. *Futur.* ܐܬܥܡܕ *c.* baptizer, *Matt.* 3: 14.

Aphel ܐܥܡܕ *m.* Immerſit, baptizavit. Immerſit, *Num.* 31: 23.

Baptizavit, *Act.* 1:5. 11:16. 19:4. ܐܥܡܕܗ baptizavit eum, *Act.* 8:38; *affixum hîc* πλεονάζει. ܐܥܡܕܬ *c.* baptizavi, 1 *Cor.* 1:14. 15.16, *bis.* ܐܥܡܕܬܟܘܢ baptizavi vos, *Marc.* 1:8. *Partic. præſ.* ܡܥܡܕ *m.* baptizans, *Matt.* 3:11, *bis.* *Marc.* 1:4.5. *Luc.* 3:16. *Joh.* 1:25.26.28.33. 3:22.23.26. 4:1.2. 10:40.
Infinit. ܠܡܥܡܕܘ ad baptizandum, 1 *Cor.* 1:17. *Imperat.* ܐܥܡܕܘ *m.* baptizate, *Matt.* 28:19. *Futur.* ܢܥܡܕܟܘܢ baptizabit vos, *Marc.* 1:8. *Luc.* 3:16. ܐܥܡܕ *c.* baptizarem, *Joh.* 1:31.33.

ܥܡܘܕܐ *m. emph.* Statua, columna. *Hebr.* עַמּוּד, & *Chald.* עַמּוּד, *emph.* עַמּוּדָא, *Arab.* عَمُود עַמּוּד. *Columna à ſtando dicta, quod ſcilicet in altum ſtet erecta, & quod fulciat, ſuſtentetque domum, & ſtet ſub illa.* Columna 1 *Tim.* 3:15. *Apoc.* 3:12. *Plur. emph.* ܥܡܘܕܐ columnæ, *Gal.* 2:9. *Apoc.* 10:1.

ܡܥܡܕܢܐ *m. emph.* Baptiſta. *Eſt nomen ex participio præſenti Aphel formatum. Guid. Crineſ. Buxt. Troſt. & Caſtell. in Lexic. habent* ܡܥܡܕܢܐ: *Tremell. & cum hoc Hutt. legunt vel* מַעֲמְדָנָא, *vel* מְעַמְּדָנָא, *vel* מַעְמְדָנָא, *vel* מַעְמְדָנָא, *vel* מַעֲמִדָנָא, *vel rectè* מַעֲמְדָנָא: *in Reg.* [*charact. Chald.*] *conſtanter legitur* מַעֲמְדָנָא. *Nos & in Teſtamento & hîc in Lexico poſuimus uti ubique habent Pariſ. Angl. & Gutb. edit. hujuſque Lexicon. Et noſtram lectionem requirit formationis analogia: nomina enim quæ à participio formantur, formantur à forma emphatica, terminationi emphaticæ præponendo Nun cum Dſekopho. Invenitur hoc nomen Mat.* 3:1. 11:11.12. 14:2.8. 17:13. *Marc.* 6:14.24.25. 8:28. *Luc.* 7:20.28.33. 9:19.

ܡܥܡܘܕܝܬܐ *f. emph.* Baptiſmus, baptiſma; baptiſterium; lotio, ablutio. *Arab.* مَعْمُودِيَّة מַעְמוּדִיתָן baptiſmus. Baptiſma, *Mat.* 20:22.23 *Mar.* 1:4. 10:38.39. *Luc.* 3:3. 12:50. Baptiſterium, *Joh.* 5:2. 4.7. 9:7. Baptiſmus, *Act.* 10:37. 13:24. 18:25. 19:4. *Rom.* 6:4. *Eph.* 4:5. *Col.* 2:12. *Hebr.* 6:2. 4. Ablutio, *c.* 9:10. Baptiſmus, *c.* 10:32. 1 *Petr.* 3:21.
ܡܥܡܘܕܝܬܗ baptiſmus ejus, *Matt.* 21:25. *Marc.* 11:30. *Luc.* 7:29. *Act.* 1:22. 19:3; *affixum his in locis eſt pleonaſticum.*
Plur. emph. ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܟܣܐ lotiones poculorum, *Marc.* 7:8.

ܥܡܛ *m.* Obſcuratus eſt, caligavit. *Ethpeel* ܐܬܥܡܛ Idem. *Aphel.* ܐܥܡܛ *m.* Obſcuravit, caligare fecit, obtenebravit: *Ezech.* 32:7.8.

ܥܡܘܛܝ *m.* Obſcurus, tenebricoſus, caliginoſus. *Ruth.* 3: 14. *Amos.* 5: 20. *Emph.* ܥܡܘܛܝܐ obſcurus, 2 *Petr.* 1: 19.

ܥܡܛܢܐ *m. emph.* Caligo, tenebræ. Caligo, *Act.* 2: 20. 13: 11. 2 *Petr.* 2: 4. 17. *Jud. verſſ.* 6. 13.

ܥܡܠ *m.* Laboravit *cum moleſtia*, fatigatus, defatigatus fuit. *Hebr.* עָמַל, *Chald.* עֲמַל, *Arab.* عَمِلَ. ܥܡܠܬ *c.* laboraverim, *Phil.* 2: 16. *Benoni* ܥܡܝܠ *m.* laborans, *Act.* 24: 16. *Col.* 1: 29. 4: 12. *Plur. maſc.* ܥܡܠܝܢ laborantes, 1 *Theſ.* 2: 9; *pro hoc ipſo in quibuſdam editionibus eſt nomen participiale* ܥܡܠܝܢ: *vide var. Lectiones,* & *Gram. Harm. de Dieu pag.* 197. 198. *Futur.* ܬܥܡܠ *m.* fatigeris, *Luc.* 7: 6. ܬܥܡܠܘܢ *m.* laboretis, *Rom.* 15: 30.
Aphel ܐܥܡܠ *m.* Fatigavit, defatigavit, moleſtiam exhibuit, negotium faceſſit. *Partic. præſ.* ܡܥܡܠ *m.* negotium faceſſens, *Mar.* 5: 35. *Futur.* ܬܥܡܠ *m.* negotium faceſſas, *Luc.* 8: 49.

ܥܡܠܐ *m. emph.* Labor, moleſtia. *Hebr.* עָמָל, *Chald.* עֲמַל, *emph.* עַמְלָא, *Arab.* عَمَل עַמְלָן. Moleſtia, *Joh.* 4: 6. Labor, 2 *Cor.* 10: 15. 11: 27. 1 *Theſ.* 1: 3. 2 *Theſ.* 3: 8. 1 *Petr.* 3: 1. *Apoc.* 2: 2.
ܥܡܠܗ labor ſuus, 1 *Cor.* 3: 8. ܥܡܠܗܘܢ labor eorum, *Joh.* 4: 38. ܥܡܠܟܘܢ labor veſter, 1 *Cor.* 15: 58. ܥܡܠܢ labor noſter, 1 *Theſ.* 3: 5. *Plur. emph.* ܥܡܠܐ labores, *Apoc.* 14: 13.

* עָמַם *Hebr.* Obtexit aliquid multitudine ſeu denſitate rei, obſcuravit. *Hinc.* עַם Populus copioſus qui ſuâ multitudine collectâ obtegit & obſcurat ſuperficiem terræ. *Chald. quoque* עַם, *ſic* & *Syriacè*

ܥܡ *m.* Populus, *Rom.* 10: 19, *bis.* *Emph.* ܥܡܐ *Matt.* 2: 4. 4: 16. 23. 24: 7, *bis.* *Marc.* 3: 7. 13: 8, *bis.* *Luc.* 1: 17. 17: 18. *Act.* 21: 28. 24: 17. *Rom.* 9: 25. 10: 19. 1 *Cor.* 14: 21. *Tit.* 2: 14. 1 *Petr.* 2: 9. *Jud. v.* 5. *Apoc.* 5: 9. 7: 9. 13: 7. 14: 6. 18: 4. 21: 3.
ܥܡܗ populus ſuus, *Matt.* 1: 21. *Rom.* 15: 10. ܥܡܝ populus meus, *Matt.* 2: 6. *Act.* 28: 19. *Rom.* 9: 25. 26.
Plur. ܥܡܡܝܢ populi, *Emph.* ܥܡܡܐ *Matt.* 4: 15. 6: 32. 10: 18. 12: 18. ----*Rom.* 15: 9, *bis.* 10. 11. 12, *bis.* 16, *bis.* 18. 27. ----3 *Joh. v.* 7. *Jud. v.* 1. *Apoc.*

Apoc. 2: 26. 7: 9. 10: 11. 11: 2. 9. 18. 12: 5. 14: 8. 15: 4. 16: 19. 17: 15. 18: 3. 23. 19: 15, *bis.* 20: 3. 8. 21: 24, *bis.* 26. 22: 2. *Nomina quæ à defectivis ſecundæ Claſſis oriuntur, ſi in plurali ſecundam radicalem exprimant, ſemper eam in pronunciatione occultant: vide Gram. Amiræ pag.* 97. *& Lud. de Dieu Animadv. in Apoc.* 2: 26. *ac ejuſdem Gram. Harm. pag.* 121.

ܥܡ Cum, in, juxta, prope, apud, erga; adverſus, contra. *Hebr. & Chald.* עִם. *Arab.* مع עִם, *literis tranſpoſitis.* Cum, *Matt.* 2: 11. 4: 21. Erga, *c.* 5: 25. Cum, *Act.* 19: 38. In, *ibid.* Cum, 1 *Cor.* 5: 10. 6: 7. 14: 21. *Eph* 6: 12, *quinquies.* 1 *Petr.* 3: 7.

ܥܡܗ cum eo, *Matt.* 2: 3. 5: 25. 1 *Cor.* 7: 12. 14: 21; *hoc in loco affixum* πλεονάζει. ܥܡܗ̇ cum ea, 1 *Cor.* 7: 13. ܥܡܟ tecum *m. Matt.* 5: 40. ܥܡܟܝ tecum *f. Luc.* 1: 28. ܥܡܝ mecum, *Mat.* 12: 30. ܥܡܢ nobiſcum, *Matt.* 1: 23.

* עֲמַץ *Chald.* Clauſit, occluſit, obſtipavit, obthuravit: *citat Aruch ex Sanhed. fol.* 110. *vide Buxt. Lex. Talm. & Rabb. Benoni Hebr.* עוֹצֵם claudens, *Eſai.* 33: 15; *per tranſpoſitionem* מ *&* צ

Paël ܥܡܨ *m.* Clauſit, occluſit *oculos. Chald.* עַמֵּץ, *Arab.* غمض. ܥܡܨܘ *m.* occluſerunt, *Matt.* 13: 15. *Act.* 28: 27.

* עָמַק *Hebr.* Profundus fuit. *Arab.* عمق עֲמַק, *Æth.* ዐመቀ: עמק.

Paël ܥܡܩ *m.* Profundum fecit, *Luc.* 6: 48.

ܥܡܝܩܐ *m. emph.* Profundus. *Chald.* עֲמִיק, *emph.* עֲמִיקָא. *Fœm.* ܥܡܝܩܬܐ profundus *puteus*, *Joh.* 4: 11. *Plur. fœm. emph.* ܥܡܝܩܬܐ̈ profunda *ſatanæ*, *Apoc.* 2: 24.

ܥܘܡܩܐ *m. emph.* Profunditas, profundum. *Hebr.* עֹמֶק, *Chald.* עֹמֶק, *emph.* עֻמְקָא עִמְקָא, *Arab.* عمق עֻמְקָן عُمْق عَمْق. Profunditas, *Matt.* 13: 5. *Marc.* 4: 5. Profundum, *Luc.* 5: 4. Profunditas, *Rom.* 8: 39. 11: 33. 2 *Cor.* 8: 2. *Eph.* 3: 18.

Plur. ܥܘܡܩܐ̈ profunditates, *Act.* 27: 41. ܥܘܡܩܘܗܝ profunda ejus, *Matt.* 18: 6; *affixum hic eſt pleonaſticum.*

ܥܡܪ *m.* Habitavit, inhabitavit, incoluit, manſit. *Arab.* عمر עֲמַר. Habitavit, *Mat.* 2: 23. 4: 13. *Act.* 7: 4. *Hebr.* 11: 9. ܥܡܪܬ *f.* habitavit, 2 *Tim.* 1: 14. *Benoni* ܥܡܪ *m.* habitans, *Matt.* 23: 21. *Marc.* 5: 3. *Luc.* 8: 27. *Joh.* 14: 10. Manens, *v.* 17. Habitans, *Col.* 2: 9. 1 *Tim.* 6: 16. 2 *Petr.* 2: 8. *Apoc.* 2: 13, *bis.*

Fœm. ܥܡܪܐ habitans, *Rom.* 7: 17. 18. 20. 8: 9. 11, *bis.* 1 *Cor.* 3: 16.

16. 6: 19. *Jacob.* 4: 5. 1 *Petr.* 1: 11. 2 *Petr.* 3: 13.

Plur. maſc. ܥܳܡܪ̈ܝܢ habitantes, *Luc.* 13: 4. *Act.* 1: 19. 2: 5. 9. 14. 9: 22. 35. 11: 29. 17: 26. 19: 10. 17. 28: 1. *Apoc.* 3: 10. 6: 10. 8: 13. 11: 10, *bis.* 13: 8. 12. 14. 14: 16. 17: 1. 8.

ܥܳܡܪ̈ܝܢܰܢ habitamus, *Act.* 24: 3; *ex* ܥܳܡܪ̈ܝܢ habitantes & ܚܢܰܢ nos *vel* ſumus *compoſitum.* *Plur. fœm.* ܥܳܡܪ̈ܳܢ habitantes, *Mat.* 12: 45. *Luc.* 11: 26.

Peïl ܥܡܺܝܪ ܗܘܳܐ *m.* habitabat, *Act.* 8: 9; *Peïl ſæpe idem ſignificat quod Benoni: vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 181.

Infinit. ܠܡܶܥܡܰܪ habitare, *Col.* 1: 19. *Imperat.* ܥܡܽܘܪܘ *m.* habitate, 1 *Petr.* 3: 7. *Futur.* ܢܶܥܡܰܪ *m.* habitaret, *Act.* 7: 2. Habitare, 1 *Cor.* 7: 13; *eſt hîc futurum cum præfixo* ܕ *loco infinitivi. Similiter in* ܕܬܶܥܡܪܺܝܢ *f.* habitare, *v.* 12. Habitet, *Col.* 3: 16. ܢܶܥܡܰܪ *c.* inhabitemus, 1 *Tim.* 2: 1.

[*Ethpeel præt.* 3. *plur. maſc. cum præfixo* ܕ ܕܐܶܬܥܡܰܪܘ legitur *Hebr.* 12: 23 *in edit. Viennenſi: Tremell.* & *Hutt. legunt ex conjug. Ethpaal* דְאִתְגַּמַּרוּ: *Reg. Troſt. Pariſ. maj. Angl. Gutb.* & *noſtra edit. habent ex conjug. Ethpeel* ܕܐܶܬܓܡܰܪܘ: *Plant. in* 8° & 12°, & *Pariſ. minor legunt* דאתגמרו, *loco* ע *quoque reſtituentes* ג: *Græcus enim textus habet* τετελειωμένων perfectorum: *vide ergo in* ܓܡܰܪ Perfecit.]

Ethpaal ܐܶܬܥܰܡܰܪ *m. Paſſiv. præced. Peal. Aphel* ܐܰܥܡܰܪ *m.* Habitare fecit. *Caſt.*

ܥܰܡܪܳܐ *m. emph.* Lana. *Chald.* עֲמַר, *emph.* עַמְרָא, *ab Hebr.* צֶמֶר, צ *pro more in* ע *mutato.* *Hebr.* 9: 19. *Apoc.* 1: 14.

ܥܡܺܝܪܳܐ, *Caſtellus* ܥܰܡܺܝܪܳܐ *m. emph.* Habitatus: Gramen, herba, fœnum. *Chald.* עֲמִירָא fœnum, *Prov.* 27: 25. *Eſt nomen formæ Peïl Peal.* Gramen, *Matt.* 6: 30. *Luc.* 12: 28. Fœnum, 1 *Cor.* 3: 12. Herba, 1 *Petr.* 1: 24, *bis.* Gramen, *Apoc.* 8: 7. 9: 4.

ܥܳܡܽܘܪ *m.* Habitator, inhabitator, incola, peregrinus, advena, hoſpes. Incola, *Act.* 1: 20. *Plur. emph.* ܥܳܡܽܘܪ̈ܶܐ habitatores, *Act.* 13: 27. Inhabitatores, 2 *Cor.* 5: 9. ܥܳܡܽܘܪ̈ܶܝܗ habitatores ejus, *Act.* 4: 16; *affixum hîc eſt pleonaſticum.*

ܥܽܘܡܪܳܐ *m. emph.* Habitatio, habitaculum. Habitatio, *Act.* 17: 26. 1 *Tim.* 2: 2. Habitaculum, *Jud. v.* 6.

ܡܰܥܡܪ *m.* Idem. *Nomen formæ Participii Aphel.* *Emph.* ܡܰܥܡܪܳܐ

ܡܥܡܪܐ habitaculum, *Eph.* 2: 22; *vide var. Lect.* ܡܥܡܪܗܘܢ habitaculum ipſorum, *Pſalm.* 49: 12.

ܡܬܥܡܪܢ *m.* Habitatus, habitabilis. *Emph.* ܡܬܥܡܪܢܐ. *Fœminina forma emphatica eſt*

ܡܬܥܡܪܢܝܬܐ Habitata, habitabilis *terra*, *Apoc.* 3: 10. 12: 9. 16: 14. 20: 2. *vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 100. *lin.* 10. *& ſeqq.*

ܥܡܪܐ ܥܡܪܐ ܒܪ *vide* ܒܪ.

ܥܢܐ *m.* Exaudivit, reſpondit, profatus eſt. *Hebr.* עָנָה, *Chald.* עֲנָה עֲנָא. *Verbum Syrum etiam ſignificat* Sollicitus, occupatus fuit, curam adhibuit; *quâ ſignificatione convenit cum Arab.* عَنِيَ. Reſpondit, *Mat.* 3: 15. 4: 4. 8: 8. 11: 4. 25. 12: 48. 13: 11. 37. 15: 3. 13. 15. 24. 16: 2. 17. 17: 4. 11. 17. 19: 4. 20: 13. 22. 21: 21. 24. 29. 22: 1. *&c.* ܥܢܝܗ reſpondit ei, *Marc.* 14: 61. ܥܢܝܬ *c.* reſpondi, *Act.* 22: 8. ܥܢܝܬܟ exaudivi te, 2 *Cor.* 6: 2. ܥܢܘ *m.* reſponderunt, *Mat.* 21: 27.

Benoni ܗܘܬ ܥܢܝܐ *f.* ſolicita, occupata erat, *Luc.* 10: 40.

Peïl *plur.* ܥܢܝܢ *m.* occupati, 1 *Theſ.* 4: 11. 2 *Tim.* 2: 16.

Futur. ܢܥܢܐ *m.* reſpondebit, *Matt.* 25: 45. *Luc.* 11: 7. 13: 25. ܕܢܥܢܝܘܗܝ ut reſponderet ei, *Act.* 12: 13. ܢܥܢܘܢ *m.* reſpondebunt, *Mat.* 25: 44.

Ethpeel ܐܬܥܢܝ *m.* Occupavit ſe, vacavit; afflixit ſe.

Futur. ܕܬܬܥܢܘܢ ܠܨܘܡܐ 1 *Cor.* 7: 5; Pariſ. *maj. &* Angl. *vertunt*, ut vos occupetis jejunio; *reliqui Interpretes reddunt*, ut vos affligatis jejunio *vel* ad jejunium; *Crineſ. in Lex.* ut vacetis jejunio; *Gr.* ἵνα σχολάζητε τῇ νηςείᾳ.

* עֲנַב عَنَبَ *Arab.* Uvas tulit *vitis.*

ܥܢܒܬܐ *f. emph.* Uva. *Hebr.* עֵנָב; *Chald.* עִנַּב, *emph.* עִנְבָּא, *Arab.* عِنَب. *Plur. emph.* ܥܢܒܐ *Matt.* 7: 16. *Luc.* 6: 44. ܥܢܒܝܗ uvæ ejus, *Apoc.* 14: 18; *affixum hic eſt pleonaſticum.*

ܥܢܕ *m.* Peregrinatus eſt. *Item metaphoricè*, Migravit ex hac vita, mortuus eſt. Peïl *pl. emph.* ܥܢܝܕܐ defuncti, *Matt.* 9: 18. 10: 34. *Joh.* 5: 19. *occurrit hæc dictio non in ipſo textu ſacro,*

ſed

ſed in titulis quibus iſte in certos dies diſtinctus eſt: *vide Vien. Reg. Plant. in* 8° & 12°, *Pariſ. min. Pariſ. maj.* & *Angl. edit.* ܥܢܝܕܝܢܢ peregrinamur, 2 *Cor.* 5: 6; *ex* ܥܢܝܕܝܢ *m.* peregrinantes & ܚܢܢ nos *vel* ſumus *compoſitum.*

Futur. ܕܢܥܢܕ ut peregrinemur, *v.* 8.

ܥܢܘܕܐ *m. emph.* Peregrinus. *Plur. emph.* ܥܢܘܕܐ *v.* 9.

ܥܢܝܕܘܬܐ *m. emph.* Mors, obitus, 2 *Tim.* 3: 16; *in titulo, hîc in Vien. Reg. Plant. in* 8 & 12 *Pariſ.* & *Angl. edit. extante.* & *in ipſo ſacro contextu invenitur* 2 *Petr.* 1 : 14.

* ענן *Chald.* Obnubilavit. *Hebr.* Piël ענן Idem.

ܥܢܢܐ *f. emph.* Nubes. *Hebr.* עָנָן, *Chald.* עֲנַן, *emph.* עֲנָנָא. Matt. 17: 5, *bis. Marc.* 9: 6, *bis.* 13: 26. *Luc.* 9: 34, *bis.* 35. 12: 54. *Act.* 1: 9. 1 *Cor.* 10: 1. 2. *Apoc.* 10: 1, *bis.* 11: 12. 14: 14, *bis.* 15.

Plur. emph. ܥܢܢܐ nubes, *Luc.* 21: 27. 1 *Theſ.* 4: 17. *Hebr.* 12: 1. 2 *Petr.* 2: 17. *Jud. v.* 12. *Apoc.* 1: 7. 4: 3.

Conſtr. ܥܢܢܝ ܫܡܝܐ nubes cœli, M*at.* 24: 30. 26: 64. M*arc.* 14: 62.

ܥܢܬܠ *m.* Abſurdus, importunus, flagitioſus fuit: *Schindlerus.*

عنت ענת *Arab.* Peccavit, crimen commiſit, culpæ obnoxius fuit. *Conjug.* II. Concuſſit, moleſtiam exhibuit, oppreſſit. *Luc.* 3: 14; *in textu Arabico.*

ܥܢܬܠܐ *m. emph.* Abſurdus, inſolens, flagitioſus, facinoroſus, ſceleſtus, perverſus. *Plur. emph.* ܥܢܬܠܐ perverſi, 2 *Theſ.* 3: 2. 1 *Tim.* 1: 9.

* עסא עסי P*aël. Chald.* Preſſit, compreſſit, conculcavit. Fremuit, frenduit dentibus, ſtriduit, dentes compreſſit; A*phel* ܐܥܣܝ *m.* Repugnare, rebellare fecit. Frendere, ſtridere, fremere fecit. Dejecit. P*artic. præſ.* ܡܥܣܝܗ *m.* frendere faciens eum, *Luc.* 9: 42.

* עסב ܥܣܒܐ *m. emph.* Herba, gramen, fœnum. *Hebr.* עֵשֶׂב, *Chald.* עֲסַב, עֲשַׂב, *emph.* עִסְבָּא עִשְׂבָּא. Herba, M*att.* 13: 26. M*arc.* 4: 28. Gramen, *Joh.* 4: 10. Herba, *Hebr.* 6: 7. *Jacob.* 1: 10. 11.

* עסק *Chald.* Vacavit, ſtuduit, occupatus fuit, operam dedit. P*aël* עַסֵּק Idem. *Ithpaal* אִתְעַסַּק Idem. *Ethpaal* ܐܬܥܣܩ *m.* Difficilis factus eſt, aſperè ſe geſſit; vexatus eſt.

ܥܣܝܩ *m.* Difficilis. ܠܡܣܬܟܠܘ ܥܣܝܩ difficile intellectu, 2 Petr. 3: 16.

ܥܣܩܐ *m. emph.* Difficilis, aſper, durus, pravus, perverſus. Aſper *locus*, *Luc.* 3: 5. Prava *generatio*, Phil. 2: 15. *Fœm.* ܥܣܩܬܐ difficilis *ſermo.* Plur. *maſc. emph.* ܥܣ̈ܩܐ aſperi *domini*, 1 Petr. 2: 18.

ܥܰܣܰܪ *m. Paël.* Decimavit, decimas dedit. *Kal Hebr.* עָשַׂר decimavit, decimas accepit. *Arab.* عَشَرَ עָשַׂר decimavit, accepit decimam partem de opibus pecoribuſve *populi*: decimus fuit; acceſſit decimus *aliis* novem. *Piël Hebr.* עִשֵּׂר & *Chald. Paël* עַסַּר, Decimavit, decimas dedit, *Æth.* ዐሠረ: *mediâ geminatâ*, Invitavit ad epulas; (*Fortaſſis ideo quòd horâ diei decimâ epulæ inſtituerentur apud Æthiopes.*) decimas dedit *vel* accepit. *Partic. præſ.* ܡܥܣܪ *m.* decimans, *Luc.* 18: 12. *Plur. maſc.* ܡܥܣܪܝܢ decimantes, *Matt.* 23: 23. *Luc.* 11: 42.

Ethpaal ܐܬܥܣܪ *m.* Decimatus eſt, *Hebr.* 7: 9.

ܥܣܪ *f.* Decem: & *per enallagen numeri cardinalis pro ordinali*, decima. *Hebr.* עֶשֶׂר, *Chald.* עֲסַר, *Arab.* عَشْرٌ עֶשֶׂר. Decem, *Mat.* 25: 1. 28. Decima, *Job.* 1: 39. Decem, *Apoc.* 12: 3. 13: 1. 17: 3. 7. 12. 16.

ܥܣܪܐ *m.* Decem: & *per enallagen*, decimus. *Hebr.* עֲשָׂרָה, *Chald.* עַסְרָא, *Arab.* عَشَرَةٌ עֲשָׂרָה. Decem, *Mat.* 20: 24. *Mar.* 10: 41. *Luc.* 14: 31. 15: 8. 17: 12. 17. 19: 13. 16. 17. 24. 25. *Act.* 25: 6. *Apoc.* 2: 10. 11: 13. 13: 1. 17: 12.

Emph. ܥܣܪܬܐ Decem *vel* decima: *vide de hoc in Amira pag.* 234. *Conſtr.* ܥܣܪܬ ܡܕ̈ܝܢܢ decem urbes Δεκάπολις Decapolis, *Mat.* 4: 25. *Marc.* 5: 20. 7: 31. *Nominatio propria regionis, in qua fuerunt* decem urbes, *trans Jordanem ad orientem Judææ ſitæ. De hac forma conſtructa & præcedente emphatica de Dieu in Gram. Harm. p.* 131.

ܚܕܥܣܪ *m.* Undecim; & *per enallagen*, undecimus. Undecim, *Mat.* 28: 16. *Mar.* 16: 14. *Luc.* 24: 9. 33. *Act.* 1: 26. 2: 14. *In Trem. Reg.* [*char. Chal.*] & Hutt. *edit. legitur* חַד עֲסַר, *in Lex. Buxt.* ܚܕܥܣܪ. ܚܕܥܣܪܐ *f.* Undecim: & *per enallagen*, undecima, *Mat.* 20: 6. 9. *in modò dictis edit. eſt* חַד עֲסְרֵא. *Ob duo puncta in Riſch annotamus hîc quod Amira obſervavit in Grammatica ſua pag.* 50. *ubi ait*: *Numeralia quidam ſcriptores, ſi*

ſi ſint maſculina, ſcribunt ſine punctis, ut ܬܠܬܐ tlotho, tres. ܐܪܒܥܐ arboo, quatuor & cæt. Si verò ſint fœminina, cum punctis, ut ܬܠܬ tloth, tres. ܬܪܬܝܢ tarten, duæ. ܐܪܒܥ arbaa, quatuor, &c. *Alii vero fortaſſis meliùs omnia, ſive ſint maſculina ſive fœminina, exceptis tamen iis fœmininis, quæ penultimam* ܝ *affectam habent, ſine punctis ſcribunt, &c. Cum verò affixa recipiunt, omnes ferè boni ſcriptores cum punctis illa ſcribunt, ut* ܬܪܝܢ train, nos duo. ܬܪܝܟܘܢ traikun, vos duo. ܬܪܝܟܝܢ traiken, vos duæ. ܬܠܬܝܢ tlothain, nos tres. ܬܠܬܝܟܘܢ tlotaikun, vos tres *m.* ܬܠܬܝܟܝܢ tlothaiken, vos tres *f.*

ܬܪܥܣܪ *m.* duodecim, *Mat.* 10: 1. 2. 5. 11: 1. 14: 20. 19: 28, *bis.* 20: 17. 26: 14. *Marc.* 3: 14. 6: 43. 8: 19. 9: 35. 11: 11. 14: 10. 20. 43. 16: 14; *vide hoc in loco var. Lect. Luc.* 6: 13. 9: 17. 22: 3. 14. 30. 47. *Joh.* 6: 13. 70. *Act.* 6: 2. 7: 8. 19: 7. 24: 11. 1 *Cor.* 15: 5. *Apoc.* 7: 5, *ter.* 6, *ter.* 7, *ter.* 8, *ter.* 12: 1. 21: 12. 14, *bis.* 16, *bis.* 21. 22: 2.

ܬܪܥܣܪܬܐ *m. emph.* duodecim, *Matt.* 26: 47. *Joh.* 20: 24. ܬܪܥܣܪܬܗ duodecim ejus *vel* ſui, *Marc.* 4: 10. 6: 7. 10: 32. 14: 17. *Luc.* 8: 1. 9: 1. 18: 31. *Joh.* 6: 67. *Lud. de Dieu in Gram. Harm. pag.* 131 *vult hoc numerale eſſe nomen ſubſtantivum.*

ܬܪܬܥܣܪܐ *f.* duodecim, *Matt.* 9: 20. 26: 53. *Marc.* 5: 25. 42. *Luc.* 2: 42. 8: 42. 43. *Joh.* 11: 9. *Act.* 26: 7. *Jacob.* 1: 1. *Apoc.* 21: 12. 14. 21.

ܬܠܬܥܣܪ *m.* tredecim. ܬܠܬܥܣܪܐ *f.* tredecim. ܐܪܒܥܣܪ *vel* ܐܪܒܥܬܥܣܪ *m.* quatuordecim, *Act.* 27: 27. *Per enallagen*, decimus quartus, *v.* 33. ܐܪܒܥܬܥܣܪܐ, *vel* ܐܪܒܥܣܪܐ *f.* quatuordecim, *Mat.* 1: 17, *ter.* 2 *Cor.* 12: 2. *Gal.* 2: 1. ܚܡܫܬܥܣܪ *vel* ܚܡܫܥܣܪ *m.* quindecim, *Joh.* 11: 18. *Gal.* 1: 18. ܚܡܫܥܣܪܐ *f.* quindecim, *Act.* 27: 28. ܫܬܬܥܣܪ *vel* ܫܬܥܣܪ *m.* ſexdecim. ܫܬܥܣܪܐ *f.* ſexdecim. ܫܒܥܬܥܣܪ *vel* ܫܒܥܣܪ *m.* ſeptendecim. ܫܒܥܣܪܐ *f.* ſeptendecim. ܬܡܢܬܥܣܪ *vel* ܬܡܢܥܣܪ *m.* octodecim, *Luc.* 13: 4. ܬܡܢܥܣܪܐ *f.* octodecim, *verſſ.* 11. 16. ܬܫܥܬܥܣܪ *vel* ܬܫܥܣܪ *m.* novendecim. ܬܫܥܣܪܐ *f.* novendecim.

Plur. ܥܣܪܝܢ *c.* Viginti, *duplum ſui ſingularis ſignificat. Luc.* 14: 31. *Joh.* 6: 19. *Act.* 1: 15. 27: 28. 1 *Cor.* 10: 8. *Apoc.* 4: 4, *bis.* 10. 5: 8. 11: 16. 19: 20.

ܥܣܝܪܝܐ *m. emph.* Decimus. *Hebr.* עֲשִׂירִי, *Chald.* עֲסִירָי, *emph.* עֲסִירָאָה. *Fœm. emph.* ܥܣܝܪܝܬܐ Decima. Decimum *fundamentum*, *Apoc.* 21: 20. ܚܕܥܣܝܪܝܐ *m. emph.* Undecimus. *Fœm. emph.* ܚܕܥܣܝܪܝܬܐ undecima.

decima. Undecimum *fundamentum*, *Apoc.* 21: 20. ܬܪܬܥܣܪܝܐ *m.emph.* Duodecimus. *Fœm. emph.* ܬܪܬܥܣܪܝܬܐ duodecima. Duodecimum *fundamentum*, *Apoc.* 21: 20.

ܡܥܣܪ̈ܐ *maſc. plur. emph.* Decimæ, *Hebr.* 7: 2. 4. 5. 6. 8. 9.

ܥܦܐ *m.* Floruit. *Aphel.* ܐܥܦܝ *m.* Crevit, folia, flores emiſit, *Jeſ.* 27: 6.

ܥܦܝܐ *m.emph.* Germen, herba, frons, folium, flos. *Hebr.* עֳפָאִים, *Chald.* עֳפִי, *emph.* עָפְיָא. Germen, *Hebr.* 12: 15. Flos, 1 *Petr.* 1: 24, *bis*; *Gr.* ἄνθος. *vide Lud. de Dieu Animadv. in Dan.* 4: 9.

ܥܦܦ ܥܦ *m.* Duplicavit, complicavit, convolvit, involvit. *Peïl* ܥܦܝܦܐ *m. emph.* duplicatus, duplex, 1 *Tim.* 5: 17. *Imperat.* ܥܘܦ *m.* duplicate, *Apoc.* 18: 6. *Futur.* ܬܥܘܦ *m.* involves, complicabis, *Hebr.* 1: 12; *omnes punctati codices, excepto noſtro, habent* ܬܥܘܦ, *ex forma quieſcentium ſecundâ. Crineſ. in Lexico, radice* ܥܘܦ; *& Guth. in Lexico, radice* ܥܦܦ *legunt* תְּעוּף ܬܥܘܦ. ܥܘܦ *&* ܥܦܦ *duplicandi notione veniunt: ideoque Imperat.* ܥܘܦ *& Futur.* ܬܥܘܦ *ad utramque radicem referri poſſent. vide & in* ܥܘܦ.

ܥܦܩ *m.* Amplexus, complexus, amplexatus fuit. *Ab* Hebr. חָבַק. Paël ܥܦܩ *m.* Idem. *Ab* Hebr. Piël חִבֵּק. *Literis earundem claſſium interſe permutatis.* ܥܦܩܗ amplexatus eſt eum, *Act.* 20:10. *Guido, Schindlerus & Crineſius in Lexicis ponunt peal; Buxtorfius & Caſtellus* Paël: *ſimiliter Tremell.* עַפְּקָה, [*vide & notas Trem. in allegat. locum*] *in Reg.* עַפְּקָה. ܥܦܩܘܗܝ, *in Tremell.* עַפְּקוּהִי, *in Reg.* עַפְּקוּהִי, amplexati ſunt eum, *v.* 37. *Hæc exempla cum quibuſdam ad Peal, cum aliis ad Paël referre poſſumus.*

عفر עָפַר *Arab.* In pulvere volutavit *eum*, *aut* in terram conjecit. *Piël Hebr.* עִפֵּר Pulveravit, pulverem ſparſit.

ܥܦܪ *m.* Pulvis, terra. *Hebr.* עָפָר, *Chald.* עֲפַר, *Arab.* عَفَر עַפְרָן & عفر עַפְרָן. *Emph.* ܥܦܪܐ, *Chald.* עַפְרָא. Pulvis, *Luc.* 6: 49. 1 *Cor.* 15: 49. *Apoc.* 18: 19.

ܥܦܪܢܝܐ *m. emph.* Pulvereus, terrenus, terreſtris. Pulvereus, 1 *Cor.* 15: 47. 48. *Plur. emph.* ܥܦܪܢܐ pulverei, *ibid.*

ܥܨܐ *m.* Oppreſſit: Rebellavit, obſtitit, repugnavit. *Buxtorfio eſt idem quod* ܢܨܐ contentioſus fuit. *Chald.* עֲצָה עֲצָא Oppreſſit. *Arab.* عصى Immorigerus fuit, rebellis ſe oppoſuit, defecit. *Benoni* ܥܨܝܢ *m.* contentioſi, inobedientes, rebelles, repugnantes, *Rom.* 2: 8; *Reg.* calumniatores.

Paël ܥܨܝ *m.* Contradixit, obſtitit. *Partic. præſ.* ܡܥܨܝܢ *m.* contradicentes, *Tit.* 2: 9.

ܥܨܝܢܐ *m. emph.* Rebellio, diſſenſio, repugnantia, calumnia, inobedientia, contumacia: contentio, concertatio. Contumacia, 2 *Cor.* 12: 20. *Gal.* 5: 20.

ܥܨܝܢܘܬܐ *f. emph.* Idem. Rebellio, *Jud.* v. 11.

ܥܨܒ *m.* Medicatus eſt, ſanavit, inſtauravit, reſarcivit: Faſciavit, ligavit faſciâ, obligavit. *Arab.* عصب Ligavit, faſciavit. Obligavit, *Luc.* 10: 34.

ܥܨܨ ܥܨܘܨܐ *m. emph.* Oppreſſor, violentus.

ܥܨܨܐ *m. emph.* Compreſſio, oppreſſio. *Eſt & nomen quintæ vocalis.*

ܥܨܪ *m.* Preſſit, calcavit, expreſſit. *Chald.* עֲצַר, *Arab.* عصر: ܡܥܨܪܬܐ *f. emph.* Torcular. *Chald.* מַעְצָרָה, *emph.* מַעְצַרְתָּא, *Arab.* معصرة מַעְצְרָתָן. *Matt.* 21: 33. *Marc.* 12: 1. *Apoc.* 14: 19. 20. 19: 15.

ܥܩܒ *m.* Paël Diſquiſivit, exquiſivit, inquiſivit, perquiſivit, examinavit, inveſtigavit, perveſtigavit, perſcrutatus eſt. Perquiſiverat, *Matt.* 2: 16. ܥܩܒܬܗ examinavi eum, *Luc.* 23: 14. ܥܩܒܘ ܗܘܘ *m.* inquiſiverant, 1 Petr. 1: 10. Partic. *præſ.* ܡܥܩܒܝܢ *m.* perveſtigantes, *Act.* 17: 27. *Imperat.* ܥܩܒܘ *m.* inquirite, *Matt.* 2: 8. *Futur.* ܕܢܥܩܒܘܢ disquirere, *Luc.* 22: 23; *futurum cum præfixo dolath loco infinitivi.*

Ethpaal ܐܬܥܩܒ *m.* Paſſiv. *præced.* Partic. ܠܐ ܡܬܥܩܒܢܐ quæ *opulentia* non perveſtigatur, imperveſtigabilis, *Eph.* 3: 8. Plur. *fœm.* ܠܐ ܡܬܥܩܒ̈ܢ non perveſtigantur, imperveſtigabiles, *Rom.* 11: 33.

ܥܩܒܐ *f.* Planta, calx, calcaneus; veſtigium. *Hebr.* עָקֵב, *Chald.* עֲקֵב. *emph.* עִקְבָא, *Arab.* عَقِب עקבן. ܥܩܒܗ calcaneus ſuus, *Joh.* 13: 18. Plur. *emph.* ܥܩ̈ܒܐ. ܥܩ̈ܒܘܗܝ calcanei *vel* plantæ ejus, *Act.* 3: 7. & *fœmin.* ܥܩܒ̈ܬܐ veſtigia, *Rom.* 4: 12. 2 *Cor.* 12: 18. ܥܩܒ̈ܬܗ veſtigia ejus, 1 Petr. 2: 21.

ܥܘܩܒܐ *m. emph.* Diſquiſitio, exquiſitio, inveſtigatio, perſcrutatio *publica, quæ poſt privatam illam, de qua* 1 *Cor.* 11: 28, *in uſu erat apud Syros*: *Sev. lib. Rit.* III. 119. *vide Lexicon Heptaglot. Caſtelli.* Diſquiſitio, 1 *Cor.* 10: 25. 27.

ܥܩܠ *m.* Paël Contorſit, diſtorſit, intorſit, obtorſit, curvavit, pervertit. *Affine ſequenti* עקם. *Hebr.* Piël עִקֵּל, *Chald.* Paël עַקֵּל. Partic. *præt. fœm. emph.* ܡܥܩܠܬܐ diſtorta, Matt. 17: 17.

* עֲקַם *Chald.* Perverſus, pravus, curvus, contortus, obliquus fuit. Paël ܥܩܡ *m.* Avertit, pervertit, obliquavit, torſit, detorſit, diſtorſit. Chald. עַקֵּם. Partic. *præſ.* ܡܥܩܡܝܢ *m.* detorquentes, 2 Petr. 3: 16. Partic. *præt.* ܡܥܩܡ *m.* perverſus, *Tit.* 3: 11. *Emph. maſc.* ܡܥܩܡܐ perverſa *generatio*, Phil. 2: 15. *Fœm. emph.* ܡܥܩܡܬܐ diſtorta, perverſa, *Luc.* 9: 41. *Act.* 2: 40. Plur. *fœm. emph.* ܡܥܩܡ̈ܬܐ perverſa, *c.* 20: 30. *Infinit.* ܠܡܥܩܡܘ pervertere, *c.* 13: 10. *Futur.* ܕܢܥܩܡܘܢܗܝ avertere eum, *v.* 8; *eſt hîc futurum cum præfixo dolath loco infinitivi; & affixum eſt pleonaſticum.*

ܥܩܣ *m.* *Paël* Punxit, ſtimulavit. C*ognationem habet cum Hebr.* עָקַץ & *Chald.* עֲקַץ punxit: *vide Buxt. Lex.* Chald. *Talm. & Rabb. in* עקס & עקץ.

ܥܘܩܣܐ *m. emph.* Stimulus, aculeus. ܥܘܩܣܗ ſtimulus ejus, 1 *Cor.* 15: 56; *affixum hîc* πλεονάζει. ܥܘܩܣܟ ſtimulus tuus, *v.* 55. Plur. *emph.* ܥܘ̈ܩܣܐ ſtimuli, *Act.* 9: 4. 26: 14. Aculei, *Apoc.* 9: 10.

ܥܩܪ *m.* Eruncavit, exſtirpavit, eradicavit. H*ebr.* עָקַר, C*hald.* עֲקַר.

עֲקַר Idem. *Arab.* عقر עֲקַר Mactavit: & *paſſivi forma* عقر עקר Sterilis fuit *mulier.* *Futur.* ܬܥܩܪܘܢ *m.* eradicetis, *Matt.* 13: 29. *Ethpeel* ܐܬܥܩܪ *m.* Exſtirpatus, eradicatus fuit. *Imperat.* ܐܬܥܩܪ *m.* eradicator, *Luc.* 17: 6. *Futur.* ܬܬܥܩܪ *f.* eradicabitur, *Matt.* 15: 13; *abſque jud paragogico.*

ܥܩܪܐ *m. emph.* Sterilis. *Hebr.* עָקָר, *Chald.* עֲקַר, *emph.* עֲקָרָא. *Fœm. emph.* ܥܩܪܬܐ *Luc.* 1: 7. 36. *Gal.* 4: 27. *Hebr.* 11: 11. *Plur. fœm. emph.* ܥܩܪܬܐ ſteriles

ܥܩܪܐ *m. emph.* Radix, ſtipes. *Chald.* עִקַּר, *emph.* עִקָּרָא. Radix, *Matt.* 3: 10. 13: 6. 21. *Marc.* 4: 6. 17. *Luc.* 3: 9. 8: 13. *Rom.* 11: 16. 18, *bis.* 15: 12. 1 *Tim.* 6: 10. *Apoc.* 5: 5. 22: 16.
ܥܩܪܗ radix ejus, *Rom.* 11: 17; *affixum hîc abundat.* ܥܩܪܗ radix ejus *vel* ſua, *Marc.* 11: 20. ܥܩܪܗܘܢ radix ipſorum *vel* ſua, *Jud.* *v.* 12. ܥܩܪܟܘܢ radix veſtra, *Eph.* 3: 17. *Plur. cum aff.* ܥܩܪܝܟܘܢ radices veſtræ, *Col.* 2: 7.

ܥܩܪܒܐ, *Caſtell.* ܥܩܪܒܐ *m. emph.* Scorpio, ſcorpius, *animal,* & *ſidus.* *Hebr.* עַקְרָב, & *Chald.* עַקְרַב, *emph.* עַקְרַבָּא, *Arab.* عقرب עַקְרַבָן. *Luc.* 11: 12. *Apoc.* 9: 5; *hoc in loco fœminine conſtruitur.* *Plur. emph.* ܥܩܪܒܐ *Luc.* 10: 19. *Apoc.* 9: 3. 10.

ܥܪܒ *m.* Miſcuit. *Hinc ad varia tranſſertur. Lat.* Arrhavit, ſpopondit, fidejuſſit, fidem interpoſuit, negotiatus eſt; gratus, ſuavis, dulcis fuit; oppignoravit: obſcuratus, obtenebratus eſt, adveſperavit. *Hebr.* עָרַב, *Chald.* עֲרַב. *Et Syr.* Occidit *ſol,* *Arab.* غرب עֲרַב, & *Æth.* ዐረበ: ערב Idem. *Item Syr.* Ventilavit, cribravit; *quod Arabicè dicitur* غربل עִרְבַל. *Futur.* ܢܥܪܒ *m.* occidat *ſol,* *Eph.* 4: 26. ܢܥܪܒܟܘܢ cribraret vos, *Luc.* 22: 31; *verſio Arabica habet hîc* يغربلكم:

ܥܪܒܐ *m. emph.* Ovis. *Matt.* 12: 11. 12. ܥܪܒܝ ovis mea, *Luc.* 15: 6. *Plur.* ܥܪܒܝܢ *Mat.* 18: 12. *Luc.* 15: 4. *Emph.* ܥܪܒܐ *Mat.* 9: 36.

9: 36. 10: 6. 15: 24. 25: 32. 33. 26: 31. *Marc.* 6. 34. *Joh.* 2: 14. 15. 10: 16. 1 *Petr.* 2: 25. *Apoc.* 18: 13.

ܥܢܘܗܝ oves ejus *vel* ſuæ, *Joh.* 10: 3. 4. ܥܢܝ oves meæ, *Joh.* 10: 26. 21: 16.

ܥܪܒܐ *m. emph.* Sponſor, fidejuſſor. Sponſor, *Hebr.* 7: 22. *Plur. emph.* ܥܪ̈ܒܐ fidejuſſores, *Act.* 17: 9.

ܥܪܒܝܐ *m. emph.* Arabs. *Plur. emph.* ܥܪ̈ܒܝܐ Arabes, *Act.* 2: 11.

ܥܪܘܒܬܐ *f. emph.* Veſpera, paraſceve, dies veneris, veſpera præcedens ſabbathum. M*att.* 26: 31; *non reperitur dictio hæc in hoc ipſo verſu, ſed in titulo qui huic verſui præmiſſus eſt, & in Vien. Reg. Plant. in* 8 & 12 *Pariſ. min. Pariſ. maj. & Angl. edit: legitur. Cap.* 27: 62. *Marc.* 15: 42. *Luc.* 23: 54. *Joh.* 19: 14. 31.

ܡܥܪܒܐ *c. emph.* Occidens, occaſus. *Hebr.* מַעֲרָב, *Chald.* מַעֲרַב, *emph.* מַעַרְבָא, *Arab.* مغرب מַעֲרִבַן & مغرب מַעְרִבַן. *Mat.* 8: 11. 24: 27. *Luc.* 12: 54. 13: 29. *Apoc* 21: 13.

ܡܥܪܒܐ *m. emph.* Occaſus *ſolis.* *Plur. conſtr.* ܒܡܥܪ̈ܒܝ ܫܡܫܐ in occaſibus ſolis, *Marc.* 1: 32. *Luc.* 4: 40.

ܥܪܓܠ *m. Paël quadratum,* Volvit, devolvit, volutavit. *Sic & Chald.* עַרְגֵּל. *A Syr.* ܥܓܠ, *inſerto* ܪ, *vide ſimile ſuprà initio pag.* 282. *Ethpaal* ܐܬܥܪܓܠ *m.* Contaminatus eſt.

ܡܥܪܓܠܘܬܐ *m. emph.* Volutatio, volutabrum, 2 *Petr.* 2: 22.

* ערה *Niphal* נֶעֱרָה Nudatus, evacuatus, effuſus eſt. P*iel* עֵרָה A*ctiv. præced. Hiphil* הֶעֱרָה Idem. Ar*ab.* عري Nudus fuit. C*onjug.* II. Nudavit. IV Idem. & poſt ſolis occaſum refrigeratus eſt.

ܥܪܝܐ *m. emph.* Nuditas, denudatio: frigus. *Hebr.* עֶרְיָה nudatio, denudatio. A*rab.* عراة עַרָאתֻן vehementia frigoris, rigor. عرية & عرية עֻרְיַתֻן nuditas. *Item*, frigidus ventus. ܒܥܪܝܐ *in Trem. & Troſt.* in denudatione; *in Reg.* P*ariſ. min.* P*ariſ. maj. Angl. & noſtra edit. vertitur* in frigore, 2 C*or.* 11: 27; *Gr.* ἐν ψύχει. *Similiter Syrus Interpres* P*ſalm* 147: 17 H*ebr.* לִפְנֵי קָרָתוֹ coram frigore ejus, *reddit* ܩܕܡ ܥܪܝܗ.

ܥܪܛܠܝܐ

ܡܥܪܬܐ *f. emph.* Caverna, ſpelunca. H*ebr.* מְעָרָה, *Chald.* מְעָרָא, *emph.* מְעָרְתָּא. *Locus denudatus & evacuatus.* Spelunca, M*att.* 21: 13. *Marc.* 11: 17. *Luc.* 19: 46. *Joh.* 11: 38. *Apoc.* 18: 2.
P*lur. emph.* ܡܥܪ̈ܐ ſpeluncæ, Hebr. 11: 38. A*poc.* 6: 15.

ܥܪܩܠ *m.* P*aël quadratum* Implicuit, innexuit, circumplexus eſt, impedivit. P*ſal.* 58: 3. 119: 61. *Ethpaal* ܐܬܥܪܩܠ P*aſſiv. præced.* P*artic.* ܡܬܥܪܩܠܝܢ *m.* implicati, 2 Petr. 2: 20.

ܥܪܛܠ *m.* P*aël quadratum* Nudavit, ſpoliavit.

ܥܪܛܠ Nudus. C*hald.* עַרְטִיל, *emph.* עַרְטִילָא. *Jeſ.* 20: 2. M*ich.* 1: 8. *Marc.* 14: 51. 52. 2 *Cor.* 5: 3. *Hebr.* 4: 13.

ܥܪܛܠܝ *m.* Idem. C*hald.* עַרְטְלָי. M*att.* 25: 38. A*poc.* 3: 17; *vide hoc in loco var.* L*ect.* *Emph.* ܥܪܛܠܝܐ M*att.* 25: 36. 44. *Joh.* 21: 7. A*poc.* 6: 15. *Fœm. emph.* ܥܪܛܠܝܬܐ nudum *granum*, 1 *Cor.* 15: 37. Nuda, *Apoc.* 17: 16. *Plur. maſc.* ܥܪܛܠܝܐ nudi, *Jacob.* 2: 15. ܥܪܛܠܝܝܢܢ nudi ſumus, 1 *Cor.* 4: 11; *ex* ܥܪܛܠܝܝܢ nudi & ܚܢܢ nos *vel* ſumus *compoſitum.*

ܥܪܛܠܝܘܬܐ *f. emph.* Nuditas. *Chald.* עַרְטְלָיוּתָא. *Rom.* 8: 35. 2 *Cor.* 11: 27. *Apoc.* 3: 18.

* ערל *Hebr.* Præputiatus fuit; depræputiavit, præputium abſtulit. *Arab.* غرل עָרֵל Incircumciſus fuit.

ܥܘܪܠܐ *m. emph.* Præputium habens, incircumciſus. *Hebr.* עָרֵל. *Plur. emph.* ܥܘܪ̈ܠܐ præputium habentes, *Act.* 11: 3.

ܥܘܪܠܘܬܐ *f. emph.* Præputium. *Hebr.* עָרְלָה, *Arab.* غُرْلَةٌ. *Rom.* 2: 25. 26, *bis.* 27. 3: 30. 4: 9. 10, *bis.* 11, *bis.* 1 *Cor.* 7: 18, *bis.* 19. *Gal.* 2: 7. 5: 6. 6: 15. *Eph.* 2: 11. *Col.* 3: 11.
Conſtr. ܒܥܘܪܠܘܬ ܒܣܪܟܘܢ per præputium carnis veſtræ, *Col.* 2: 13.

* ערם *Niphal* נֶעֱרַם Coacervatus, accumulatus eſt.
Paël ܥܪܡ *m.* Coacervavit. *Ethpaal* ܐܬܥܪܡ *Paſſ.*

ܥܪܡܐ *m. emph.* Tumulus. *Hebr.* עֲרֵמָה acervus. *Luc.* 3: 5.

ܥܪܣܐ *f.* Lectus, ſponda, grabatus: torus, thalamus: *Item* cunæ; feretrum, loculus, lectus mortui. *Hebr.* עֶרֶשׂ, *Chald.*

Chald. ערס, *emph.* עַרְסָא: *ſic & Syr.* ܥܪܣܐ lectus, *Matt.* 9: 2. *Marc.* 2: 4. 4: 21. *Luc.* 5: 18. Loculus, *c.* 7: 14. Lectus, *c.* 11: 7. 17: 34. *Act.* 9: 33. *Apoc.* 2: 22; *vide hîc var. Lect.*

ܥܪܣܗ lectus ejus *vel* ſuus, *Marc.* 2: 12. *Luc.* 5: 19. 25. *Joh.* 5: 9.

ܥܪܣܟ lectus tuus, *Mat.* 9: 6. 9. 11. *Marc.* 2: 9. *Luc.* 5: 24. *Joh.* 5: 8. 10. 11. 12. *Act.* 9: 34.

ܥܪܣܗܘܢ ܕܟܝܐ ܗܘ thalamus eorum mundus eſt, *Hebr.* 13: 4.

Plur. emph. ܥܪܣܬܐ grabati, *Marc.* 6: 55. Lecti, *c.* 7: 4. *Act.* 5: 15.

ܥܪܥܘܪܐ Procella, *vide* ערר.

ܥܪܦ *m.* Trapeziticam exercuit. *Schindlerus.*

ܥܘܪܦܢܐ *m. emph.* Æs, pecunia, nummi, numuli. *Marc.* 12: 41.

ܥܘܪܦܢܝܗܘܢ numuli eorum, *Joh.* 2: 15.

ܡܥܪܦܢܐ *m. emph.* Numularius, trapezita, colybiſta. *Plur. emph.* ܡܥܪܦܢܐ numularii, *Matt.* 21: 12. *Marc.* 11: 15. *Joh.* 2: 14. 15.

ܥܪܦܠ *Ethpaal* ܐܬܥܪܦܠ *m.* Nubilatus eſt, caligavit. *Caſtel.*

ܥܪܦܠܐ *f. emph.* Caligo, obſcuritas. *Hebr.* עֲרָפֶל, *Chald.* עֲרָפִילָא. *Hebr.* 12: 18. *Affine eſt Græc.* ὄρφνη nigredo, obſcuritas, nox: *L & N enim ſunt permutabiles.*

ܥܪܨ *m.* Accidit, contigit, advenit, evenit, obvenit. *Arab.* عرض. *Benoni* ܥܪܨܝܢ *m.* obvenientes, 1 *Petr.* 5: 9. *Emph.* ܥܪܨܐ Advenæ, πάροικοι, *c.* 2: 11; *participium hîc in nomen degeneravit.*

ܩܡܛ *m.* Corrugatus, maculatus eſt. *Hebr.* קָמַט corrugavit, rugas contraxit. *Chald.* קְמַט Idem *quod Hebræum. Paël* ܩܡܛ *m.* Corrugavit, maculavit. *Ethpaal* ܐܬܩܡܛ Idem *quod Peal Syriacum.*

ܩܡܛܐ *m.* Ruga, corrugatio, macula. *Emph.* ܩܡܛܐ, *Caſtel.* ܩܡܛܬܐ. Ruga, *Eph.* 5:27.

* קָמַץ *Hebr.* Collegit in pugillum, eo menſuravit, *q. d.* pugillavit, κομίζω. *Chald.* קְמַץ Idem. & *generaliter*, collegit, congregavit.

ܩܡܨ *m.* Locuſta. & *Chald.* קַמְץ, *Emph.* קַמְצָא. *Sic Syr.* ܩܡܨܐ *Exod.* 10:12. *Lev.* 11:22. *Plur. emph.* ܩܡܨܐ *Matt.* 3:4. *Marc.* 1:6. *Apoc.* 9:3. 7.

* ቀንአ : ቀነአ : קנא קנע Zelotypus fuit, zelo affectus fuit, ad zelum movit; invidit, æmulatus eſt. *Hebr. Piël* קִנֵּא & *Chald. Paël* קַנִּי Idem.

ܩܢܢܝܐ *m. emph.* Ζηλωτής, Zelotes, *Mat.* 10:4; *in Pariſ. min. & maj. & Angl. edit. vertitur* Cananæus. *Chald.* קַנַּי, *emph.* קַנְאָה; *ſic regulariter Syriacè eſſet* ܩܢܝ, *emph.* ܩܢܝܐ Zelotes. *Eſt in loco allegato cognomen Apoſtoli Simonis, qui hîc in Græco textu cognominatur* Καναvίτης. Cana-

Cananites, *ſed Luc.* 6: 15. & *Act.* 1: 13 *vocatur* Ζελωτὴς, *quod Syrus reddit* ܛܢܢܐ Zelator. *Vide* Poli *Synopſin ad locum* Matthæi.

ܩܢܐ *m.* Acquiſivit, comparavit, obtinuit, poſſedit [κτάομαι] *generatione, dominio, labore, pretio* emit, *præmio, hæreditate* habuit. *Hebr.* קָנָה, *Chald.* קְנָה, *Sam.* ࠒࠍࠒ, *Arab.* قنا & قني. *Æth.* ቀነየ: Dominatus eſt; poſſedit. Acquiſivit, *Act.* 1: 18; *in quibuſdam editionibus hîc eſt* Peïl: *vide var. Lect.* ܩܢܝܗ *quam* acquiſivit, *Act.* 20: 28; *affixum hîc* πλεονάζει. ܩܢܝܬܗ acquiſivi illud *jus civitatis Romanæ, cap.* 22: 28; & *hîc affixum eſt pleonaſticum.* ܩܢܘ *m.* obtinuerunt, *Jud. v.* 4. *Benoni* ܩܢܐ *m.* poſſidens, *Luc.* 18: 12. *Act.* 4: 32. *Plur. maſc.* ܩܢܝܢ acquirentes, 1 *Tim.* 3: 13. *Peïl* ܩܢܐ *m.* acquirens, *ſcil. fuit, i. e.,* acquiſivit, *Act.* 1: 18; *vide* & *paulò antè in præterito.* *Fœm.* ܩܢܝܐ poſſidens, *Luc.* 21: 4. *Plur. maſc.* ܩܢܝܢ poſſidentes, *Act.* 4: 34. *Peïl in his activè ſumitur,* & *idem omnino ſignificat quod Benoni: vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 181.

Infinit. ܠܡܩܢܐ poſſidere, 1 *Theſ.* 4: 4. *Futur.* ܢܩܢܐ *m.* acquiret, *Matt.* 16: 26. ܬܩܢܘܢ *m.* comparabitis, *cap.* 10: 9. Poſſidebitis, *Luc.* 21: 19.

Ethpeel ܐܬܩܢܝ *m.* *Paſſiv. præced.* *Partic.* ܡܬܩܢܝܐ *f.* acquiratur, *Act.* 8: 20; *quidam hoc ipſum ad conjugationem Ethpaal referunt; forma utrique conjugationi convenit.*

Aphel ܐܩܢܝ *m.* Poſſidere fecit. *Partic. præſ.* ܡܩܢܐ *m.* faciens poſſidere, *Jacob.* 1: 3. ܡܩܢܝܐ *f.* faciens poſſidere, *Hebr.* 10: 39.

ܩܢܝܐ *m. emph.* Canna, calamus, culmus, arundo, juncus, calamus ſcriptorius, calamus menſorius. *Hebr.* קָנֶה, *Chald.* קְנֵי, *emph.* קַנְיָא. Arundo, *Matt.* 11: 7. 12: 20. 27: 29. 30. 48. *Marc.* 15: 19 36. *Luc.* 7: 24. Calamus ſcriptorius, 3 *Joh. v.* 13. Calamus menſorius, *Apoc.* 11: 1. 21: 15. 16.

ܩܢܝܢ *m.* Emptio, poſſeſſio, acquiſitio, negotiatio, ſubſtantia, divitiæ. *Hebr.* קִנְיָן, & *Chald.* קִנְיָן. *Emph.* ܩܢܝܢܐ, *Chald.* קִנְיָנָא. Poſſeſſio, *Mat.* 19: 22. *Act.* 2: 45. Acquiſitio, 1 *Theſ.* 5: 9. Poſſeſſio, *Hebr.* 10: 34. 1 *Joh.* 3: 17.

Conſtr. ܩܶܢܝܳܢ ܥܳܠܡܳܐ divitiæ mundi, *Act.* 8 : 20. ܩܶܢܝܳܢܶܗ poſſeſſio ejus *m. vel* ſua, M*at.* 25: 14. *Luc.* 11: 21. 12: 44. 14: 33. 15: 12. 13. 16: 1. ܩܶܢܝܳܢܳܗ̇ poſſeſſio ejus *f. vel* ſua, M*arc.* 12: 44. Subſtantia ſua, *Luc.* 8: 43. ܩܶܢܝܳܢܳܟ poſſeſſio tua, *Matt.* 19: 21. *Luc.* 15: 30. ܩܶܢܝܳܢܟܽܘܢ poſſeſſio veſtra, *Luc.* 12: 33. *Plur. cum aff.* ܡܶܢ ܩܶܢܝܳܢܰܝܗܶܝܢ de facultatibus ſuis, *Luc.* 8: 3.

ܩܝܢܝܐ *vide in* קון.

ܩܢܛ *m.* Declinavit, vitavit, devitavit, evitavit; veritus eſt, extimuit *vehementer. Chald.* קְנַט irritavit, incitavit, perturbavit. *Arab.* قَنَطَ קנט deſperavit, prorſus omni ſpe excidit. *Peïl* ܩܢܺܝܛܺܝܢܰܢ evitamus, 2 *Cor.* 8: 20; *ex* ܩܢܺܝܛܺܝܢ *m.* evitantes & ܚܢܰܢ nos *vel* ſumus *compoſitum. Peïl hîc, ut ſæpe alibi, occurrit pro Benoni.*

ܩܶܢܛܳܐ *m. emph.* Periculum *ingens, ſic dictum quod vitari debeat*: pavor, timor *cum quadam deſperatione* : *al.* concitatio, irritatio, perturbatio. Periculum *ingens*, *Act.* 27: 9. Concitatio, *v.* 33. Periculum, 1 *Joh.* 4: 18; *Tremellius & Troſtius vertunt* irritatio, *Guido* perturbatio, *Pariſ. maj. & Angl.* Pavor, *Caſtellus in Lexico* pavor *cum aliqua deſperatione, ſic & exponit Act.* 27: 33.

ܩܶܢܛܪܽܘܢܳܐ Κεντυρίων Centurio. *vox origine latina, à* centum *dicta, ſicut decurio à decem. Mat.* 8: 5. 8. 13. 27: 54. *Marc.* 5: 39. *Luc.* 7: 2. 23: 47. *Act.* 10: 1. 22. 22: 25. 26. 24: 23. 27: 1. 3. 6. 11. 31. 43. 28: 16. *Plur.* ܩܶܢܛܪܽܘܢܺܝܢ *Act.* 23: 23. *Emph.* ܩܶܢܛܪܽܘܢܶܐ *v.* 17.

* קנם ܩܢܽܘܡܳܐ *m. emph.* Subſtantia, Ipſe, ipſa, ipſum, *tam de perſona quam de re.* Subſtantia, *Hebr.* 10: 1. ܒܰܝܬܳܐ ܥܰܠ ܩܢܽܘܡܳܗ̇ domus contra ſe ipſam, *Luc.* 11: 17. ܒܩܢܽܘܡܶܗ in ſemet ipſo, *Joh.* 5: 26. *Eph.* 2: 15. *Col.* 2: 15. Per ſe ipſum, *Hebr.* 3: 1. In ſe ipſo, *cap.* 9: 28. ܐܶܢܳܐ ܩܢܽܘܡܝ ego ipſe, *Rom.* 9: 3. 1 *Cor.* 9: 27. ܩܢܽܘܡܝ ܐܶܬܶܠ me ipſum dabo, 2 *Cor.* 12: 15. ܒܩܢܽܘܡܗܽܘܢ in ſe ipſis, *Rom.* 1: 27. ܩܢܽܘܡܟܽܘܢ vos ipſi, *Joh.* 6: 53. 1 *Cor.* 6: 7. 1 *Theſ.* 4: 9.

קִנֵּן *Piël Hebr.* Nidificavit, nidulatus eſt. *Aphel* ܐܰܩܶܢ Idem. ܐܰܩܶܢܬ *f.* nidificavit, *Luc.* 13: 19. *Futur.* ܬܰܩܶܢ *f.* niduletur, *Mat.* 13: 32; *abſque jud paragogico.*

* قسط קְסַט *Arab.* A' juſto deflexit, iniquus fuit. Diſtribuit, diviſit *rem.* Juſtus, æquus fuit, juſtitiam voluit, juſtam menſuram præbuit.

ܩܣܛܐ *f.* Urceus, urna, lagena, ſextarius. *Chald.* קִסְטָא· *Arab.* قسط Menſura aridorum, *quæ* ſemiſſis τȣ̃ صاع, *i. e.*, ſati *eſt*, *ſeu* modius parvus. *Item* Portio, quod*que* ex diſtributione alicui cedit. Quod ſuſtentandæ vitæ à Deo conceditur. Oenophorum, lagena, urna *ex teſta*, *metallo*, *vitro vel ligno*, *aut re quacunque alia*, cyathus, ſextarius. Urceus, *Exod.* 16: 33. Lagena, *Judic.* 6: 19. Urna, *Hebr.* 9: 4. *Plur. emph.* ܩܣܛܐ lagenarum, ſextariorum, *Marc.* 7: 4; *Gr.* ξεςῶν. *Sextarius eſt menſura certa, continens duodecim logos; logus autem ſex ova. Reſpondet Hebræo Hin. vide præterea de hac voce Buxt. Lex. Talm. & Druſ. in Marc.* 7: 4.

ܩܣܛܘܢܪܐ *m. emph.* Quæſtor, quæſitor, quæſtionarius, præfectus rerum criminalium; carnifex, lictor. *Chald.* קוּסְטִינָר· *Plur. emph.* ܩܣܛܘܢܪܐ *Mat.* 27: 66. 28: 11; *Gr.* κȣςωδία: *ab hac Græca voce deducunt Syram, ideoque Interpretes ad unum omnes reddunt* cuſtodes. *Fullerus autem factam eſſe vult ex Latina voce* quæſtionarius: *vide ejus Miſcell. libr.* 4. *cap.* 17. *vide etiam Lex. Caſtel.*

ܩܣܪ ܩܐܣܪ *m. Lat.* Cæſar, Imperator. *Gr.* Καῖσαρ, *Teut.* Keiſer / *Belg.* Keyſer. *Nomen primi Monarchæ inter Romanos*, à cædendo, *à quo deinde omnes Imperatores denominati ſunt & etiamnum denominantur. Matt.* 22: 17. 21, *ter. Marc.* 12: 14. 16. 17, *bis. Luc.* 2: 1. 3: 1. 20: 22. 24. 25, *bis.* 23: 2. *Joh.* 19: 12, *bis. Act.* 11: 28. 18: 2. 25: 8. 10. 11. 12, *bis.* 21, *bis.* 26. 26: 32. 27: 1. 24. 28: 19. *Phil.* 4: 22. *In tit. Apocalypſeωs.*

ܩܥܐ *m.* Clamavit, exclamavit, vociferatus eſt. [ܩܥܐ ܥܠ *f.* ܩܥܝ Appellavit, provocavit *ad majorem judicem*] *Affine eſt Hebr.* גָּעָה *& Chald.* גְּעָא, *literis* ג *&* ק *inter ſe commutatis.* Clamavit, *Mat.* 27: 46. 50. *Marc.* 1: 23. 5: 7. 9: 26. 15: 34. 37. 39. *Luc.* 8: 28. 9: 38. 18: 38. 23: 46. *Joh.* 1: 15. 11: 43. 12: 44. *Act.* 7: 60. 23: 6. 26: 24. *Apoc.* 7: 2. 10: 3, *bis.* 14: 18. 18: 2. 19: 17.

ܩܥܬ *f.* clamavit, *Luc.* 1: 42. ܩܥܝܬ ܩܐܣܪ ܥܠ provocaſti ad Cæſarem, *Act.* 25: 12. ܩܥܝܬ *c.* clamavi, *cap.* 24: 21. ܩܥܘ *m.* clamaverunt, *Matt.* 8: 29. 14: 26. 27: 23. *Marc.* 6: 49. 15: 8. 13. *Luc.* 23: 18. *Joh.* 18: 40. *Act.* 7: 57. 22: 22. *Apoc.* 18: 18. 19.

Benoni ܩܥܐ *m.* clamans, *Marc.* 5: 5. 10: 48. *Luc.* 8: 9. 9: 39. 18: 39. *Joh.* 7: 37. *Act.* 12: 22. *Apoc.* 14: 15.

Fœm. ܩܥܝܐ clamans, *Mat.* 15: 22. 23. *Act.* 16: 17. *Apoc.* 12: 2.

Plur.

Plur. maſc. ܩܳܥܝܢ clamantes, *Matt.* 9: 27. 11: 16. 21: 9. 15. *Marc.* 3: 11. 11: 9. 15: 14. 23: 21. *Joh.* 12: 13. 19: 12. 15. *Act.* 8: 7. 14: 14. 17: 6. 19: 28. 32. 21: 36. 25: 24. *Apoc.* 6: 10. 7: 10.
Infinit. ܠܡܶܩܥܳܐ clamare, *Marc.* 10: 47. *Futur.* ܢܶܩܥܶܐ *m.* clamabit, *Matt.* 12: 19. ܕܶܐܩܥܶܐ ܥܰܠ ܩܶܣܰܪ *c.* ut appellarem ad Cæſarem, *Act.* 28: 19. ܢܶܩܥܽܘܢ *f.* clamabunt, *Luc.* 19: 40.

ܩܥܳܬܳܐ *f. emph.* Clamor, vociferatio. *Matt.* 25: 6. *Lud. de Dieu Apoc.* 14: 18 *charactere Chaldæo habet* קְעָתָא; *ſed in Animadverſionibus ad hunc locum animadvertit legendum eſſe* קְעָתָא: *ideoque etiam ita legit cap.* 21: 4. *Nomina hujus formæ ſunt ſupra* ܒܥܳܬܳܐ *à* ܒܥܳܐ, ܒܢܳܬܳܐ *à* ܒܢܳܐ, ܓܠܳܬܳܐ *à* ܓܠܳܐ, ܚܙܳܬܳܐ *à* ܚܙܳܐ, ܟܢܳܬܳܐ *à* ܟܢܳܐ, ܟܢܳܬܳܐ *à* כנא, ܡܛܠܳܬܳܐ *à* ܡܛܠܳܐ, ܥܠܳܬܳܐ *à* עֲלָה, ܢܦܳܬܳܐ *ab Arab.* נְפָא, ܣܢܝܳܬܳܐ *à* ܣܢܳܐ. ܩܥܳܬܗܽܘܢ clamor eorum, *Act.* 21: 34.

ܩܥܶܕ *m.* Procidit, incurvatus eſt, genu flexit, procubuit in genua. *Arab.* قَعَدَ קְעַד Sedit. ܩܥܶܕ ܥܰܠ ܒܽܘܪܟܰܘܗ̈ܝ procidit in genua ſua, *Act.* 9: 40 *a.* 39. ܩܥܶܕܘ *m.* prociderunt, *cap.* 21: 5.

ܩܦܰܚ *m.* Tudit, contudit, illiſit, colaphizavit, pugnis, colaphis cecidit, colaphos inflixit. *Paël* ܩܰܦܰܚ *m.* Idem. ܡܩܰܦܰܚ *m.* colaphis cædens, 2 *Cor.* 12: 7. *Plur. maſc.* ܡܩܰܦܚܝܢ colaphos infligentes, *Matt.* 26: 67. Colaphis percutientes, *Marc.* 14: 65. Illidentes, 1 *Cor.* 8: 12.
Ethpaal ܐܶܬܩܰܦܰܚ *m. Paſſiv. præced.* *Partic.* ܗܘܳܐ ܡܶܬܩܰܦܰܚ *m.* tundebatur, 2 *Petr.* 2: 7. ܡܶܬܩܰܦܚܺܝܢܰܢ colaphis cædimur, 1 *Cor.* 4: 11; *ex* ܡܶܬܩܰܦܚܺܝܢ *m.* colaphis cædentes & ܚܢܰܢ nos *vel* ſumus *compoſitum.*

ܩܦܳܠܰܐܘܢ Κεφάλαιον, Caput, capitulum libri.

ܩܦܰܣ *m.* Collegit, aggregavit, congregavit, repoſuit, condidit; ſtrinxit *manu*, corripuit *manu*, contraxit, *i. q.* קָפַץ. *Arab.* قَفَسَ mortuus fuit. Pedibus conſtrinxit *dorcadem.* Condidit *aurum & argentum in ærario*, 2 *Paral.* 5: 1. ܩܦܰܣܘ *m.* collegerunt, *nempe in involucra*, *ſ. faſcias funerales*, *Act.* 5: 10. 8: 2; *vide Animadverſiones Lud. de Dieu in priorem locum.*
Benoni ܩܳܦܶܣ *m.* colligens, congregans *formica in meſſe eſcam ſuam*, *Prov.* 6: 8. Aggregaturus *ego* [*Deus*] *te ad Patres tuos*, 2 *Paral.* 34: 28.

Ethpeel

Ethpeel ܐܬܩܦܣ *m.* Aggregatus, congregatus eſt, congregavit ſe. *Futur.* ܬܬܩܦܣ ܠܒܝܬ ܩܒܘܪܝܟ *m.* aggregaberis ad ſepulturam tuam, 2 *Paral.* 34: 28.

ܩܘܦܣܐ *m. emph.* Collectio, collecta, collectum. *Plur. emph.* ܩܘܦܣ̈ܐ 2 *Paral.* 17: 12. ܒܝܬ ܩܘܦܣ̈ܐ domus, locus collectionum, collectorum, *i.e.*, horreum, repoſitorium, *Exod.* 1: 11. Horreum, *Luc.* 12: 24. *Cum aff.* ܒܝܬ ܩܘܦܣ̈ܝ locus collectorum meorum, *nempe proventuum agri*, *i.e.*, horreum meum, *v.* 18; *Gr.* μου τὰς ἀποθήκας. *vide & ſupra pag.* 58.

ܩܨܐ *m.* Fregit. *Hebr.* קָצָה Reſecuit, *pec.* ab extremo, ſuccidit, *Chald.* קְצָה idem, *Arab.* قَصَّى Præcidit *ungues*, *aures*, *ſ. pec.* extremis partibus. *Matt.* 14: 19. 15: 36. 26: 26. *Marc.* 6: 41. 8: 6. 14: 22. *Luc.* 9: 16. 22: 19. 24: 30. 35. *Act.* 20: 11. 27: 35. 1 *Cor.* 11: 24.

ܩܨܝܬ *c.* fregi, *Marc.* 8: 19. *Benoni* ܗܘܘ ܩܨܝܢ *m.* frangebant, *Act.* 2: 46. ܩܨܝܢܢ frangimus, 1 *Cor.* 10: 16; *ex* ܩܨܝܢ frangentes & ܚܢܢ nos *vel* ſumus *compoſitum*. *Futur.* ܢܩܨܐ *c.* frangeremus, *Act.* 20: 7. *Ethpeel* ܐܬܩܨܝ *m.* Fractus eſt. *Partic.* ܡܬܩܨܐ *m.* frangitur, 1 *Cor.* 11: 24.

ܩܨܝܐ *m. emph.* Fragmentum, fractio, *Act.* 2: 42. *Plur. emph.* ܩܨܝ̈ܐ fragmenta, *Mat.* 14: 20. 15: 37. *Marc.* 6: 43. 8: 8. 19. 20. *Luc.* 9: 17. *Joh.* 6: 12. 13.

ܩܨܡ *m.* Divinavit, ariolatus eſt. *Hebr.* קָסַם, *Chald*, קְסַם. ס & צ *literis ejuſdem claſſis permutatis*, *ut ſupra pag.* 459 פסח פִּסְחָא ܦܨܚܐ paſcha. *Benoni* ܗܘܬ ܩܨܡܐ *f.* divinabat, *Act.* 16: 16.

ܩܨܡܐ *m. emph.* Divinatio, vaticinium, ariolatio. Divinatio, *Act.* 16: 16, *bis*.

ܩܨܨ ܩܨ *m.* Convenit, pactus eſt, pepigit. *Matt.* 20: 2. ܩܨܬ ܥܡܝ *m.* conveneris mecum, *v.* 13. ܩܨܘ *m.* pacti ſunt, *cap.* 27: 9.

ܩܪܐ *m.* Legit; vocavit, advocavit, convocavit, clamavit, acclamavit, exclamavit, inclamavit, proclamavit, accerſivit, invitavit, invocavit; cantavit. *Conſtructum cum* ܩܪܐ ܥܠ Appellavit, provocavit ad majorem judicem: *cum* ܫܝܦܘܪܐ *ſ.* ܩܪܢܐ

tubâ

tubâ cecinit, clanxit. *Hebr.* קָרָא, *Chald.* קְרָא. *Arab.* قرأ קרא Legit, prælegit; invocavit. Vocavit, *Mat.* 2: 7. 10: 1. 15: 32. 18: 2. 20: 25. 32. 25: 14. Cantavit *gallus*, *cap* 26: 74. Vocavit, *cap.* 27: 47. *Marc.* 1: 20. Advocavit, *cap.* 3: 13. Vocavit, *v.* 23. 6: 7. 7: 14. Advocavit, *cap.* 8: 1. Vocavit, *v.* 34. 10: 42. 12: 43. Cantavit *gallus*, *cap.* 14: 68. 72. Vocavit, *cap.* 15: 35. *Luc.* 6: 13. 7: 19. 9: 1. Invitavit, *cap.* 14: 9. Vocavit, *cap.* 15: 26. 16: 5. Clamavit, *v.* 24. Vocavit, *cap.* 18: 16. 19: 13. Cantavit *gallus*, *cap.* 22: 60. Vocavit, *cap.* 23: 13. *Joh.* 2: 9. 12: 17. Cantavit *gallus*, *cap.* 18: 27. Vocavit, *v.* 33. *Act.* 9: 41. 10: 7. Advocavit, *cap.* 13: 7. 20: 1. Vocavit, *cap.* 23: 17. 23. Legiſſet, *v.* 34. Appellaſſet *ad Cæſarem*, *cap.* 26: 32. Convocavit, *cap.* 28: 17. Vocavit, *Rom.* 8: 30, *bis.* 9: 11. 2 *Petr.* 1: 3.

ܩܪܝܗ accerſivit eum, *Mat.* 18: 32. Invitaverat eum, *Luc.* 7: 39. 14: 12. Vocavit eum, *cap.* 16: 2. *Act.* 16: 28. 1 *Cor.* 7: 17.

ܩܪܝܗ̇ vocavit eam, *Luc.* 8: 54. 13: 12. ܩܪܟ invitavit te, *Luc.* 14: 10. ܩܪܢܝ vocavit me, *Act.* 23: 18. *Gal.* 1: 15. ܩܪܟܘܢ vocavit vos, *Gal.* 1: 6. 5: 8. 1 *Theſ.* 2: 12. 4: 7. 5: 24. ܩܪܢ vocavit nos, *Act.* 16: 10. 1 *Cor.* 7: 15. 2 *Tim.* 1: 9. ܩܪܬ *f.* vocavit, *Matt.* 1: 25. *Joh.* 11: 28. ܩܪܝܬ ܠܩܣܪ appellaſti, provocaſti ad Cæſarem, *Act.* 25: 12. ܩܪܝܬ *c.* vocavi, *Matt.* 2: 15. *Act.* 13: 2. ܩܪܝܬܟܘܢ vocavi vos, *Joh.* 15: 15. ܩܪܘ *m.* vocarunt, *Matt.* 10: 25. Advocarunt, *Marc.* 15: 16. Vocarunt, *Joh.* 9: 18. *Act.* 4: 18. Convocaverunt, *cap.* 5: 21. Vocaverunt, *v.* 40. 6: 2. Legiſſent, *cap.* 15: 31. Vocaverunt, *cap.* 24: 24.

ܩܪܐܘܢ *pro* ܩܪܘ vocaverunt, *Act.* 28: 2; *cum Olaph radicali*, & *Ezozo*, & *Wau hujus fulcro*, & *Nun paragogico*: *vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 309.

ܩܪܐܘܗܝ vocaverunt eum, *Marc.* 10: 49. *Joh.* 9: 24. Legerunt eum, *cap.* 19: 20; *his in locis affixum eſt pleonaſticum.*

ܩܪܝܬܘܢ *m.* legiſtis, *Matt.* 12: 3. 5. 19: 4. 21: 16. 42. 22: 31. *Marc.* 2: 25. 12: 10. 26. *Luc.* 6: 3.

Benoni ܩܪܐ *m.* clamans, *Mat.* 3: 3. Vocans, *c.* 19: 17. 22: 43. 45. Legens, *c.* 24: 15. Clamans, *Marc.* 1: 3. Vocans, *cap.* 10: 18. 49. 12: 37. Legens, *cap.* 13: 14. Clamans, *Luc.* 3: 4. Legens, *cap.* 10: 26. Vocans, *c.* 14: 12. 15: 6. 18: 19. 20: 44. Clamans, *Joh.* 1: 23. Vocans, *c.* 10: 3. 11: 28. 15: 15. Legens, *Act.* 8: 28. 30, *bis.* 32. Invocans, *c.* 22: 16. Appellans, provocans *ad Cæſarem*, *cap.* 25: 11. Invocans, 2 *Tim.* 2: 19. Legens, *Apoc.* 1: 3.

Fœm. ܩܪܝܐ vocans, *Luc.* 15: 9. Clamans, *Gal.* 4: 6.

Plur. maſc. ܩܪܝܢ vocantes, *Marc.* 15: 12. *Luc.* 1: 59. 6: 46. Clamantes, *c.* 18: 6. Vocantes, *Joh.* 13: 13. Invocantes, *Act.* 9: 14. 21. Clamantes, *cap.* 10: 18. Legentes, *cap.* 15: 21. Invocantes, 1 *Cor.* 1: 2. Legentes, *Eph.* 3: 4. Invocantes, 2 *Tim.* 2: 22.

ܩܪܝܢܢ clamamus, *Rom.* 8: 15; *ex* ܩܪܝܢ clamantes & ܚܢܢ nos *vel* ſumus *compoſitum.*

Peïl

Peil ܩܪܝ *m.* vocatum *eſt nomen ejus*, *Apoc.* 19: 13. *Emph.* ܩܪܝܐ vocatus, *Rom.* 1: 1. 1 *Cor.* 1: 1. *Plur. maſc.* ܩܪܝܢ vocati, *Luc.* 14: 17. 24. 1 *Cor.* 1: 24. *Apoc.* 19: 9. *Emph.* ܩܪܝܐ vocati, *Matt.* 20: 16. 22: 14. *Rom.* 1: 6. 7. 1 *Cor.* 1: 2. *Jud. v.* 1. *Apoc.* 17: 14.

Infinit. ܠܡܩܪܐ ad legendum, *Luc.* 4: 16. *Imperat.* ܩܪܝ *m.* voca, *Matt.* 20: 8. *Luc.* 14: 13. ܩܪܘ *m.* vocate, *Matt.* 22: 9. ܩܪܝܗ̇ legite ipſam, *Col.* 4: 16. *Futur.* ܢܩܪܐ *m.* canet *gallus*, *Matt.* 26: 34. 75. *Marc.* 14: 30. 72. *Luc.* 22: 34. 61. *Joh.* 13. *v. ult.* Invocaverit, *Act.* 2: 21. Vocabit, *v.* 39. Invocaverit, *Rom.* 10: 13. Accerſat, *Jac.* 5: 14.

ܢܩܪܝܟ vocaſſet te, *Joh.* 1: 48 *a.* 49. ܬܩܪܐ *f. cornu, buccinâ, tubâ,* canet, clanget, 1 *Cor.* 14: 8. 15: 52. ܬܩܪܐ *m.* vocabis, *Mat.* 1: 21. *Cornu, buccinâ, tubâ* canes, *Mat.* 6: 2; *Gr.* σαλπίσῃς. Vocabis, *Luc.* 1: 13.

ܬܩܪܝܢ *f.* vocabis, *Luc.* 1: 31. ܐܩܪܐ *c.* vocabo, *Matt.* 9: 13. *Marc.* 2: 17. *Luc.* 5: 32. *Rom.* 9: 25. ܢܩܪܘܢ *m.* vocabunt, *Mat.* 1: 23. 22: 3. *Luc.* 19: 15. Invocabunt, *Rom.* 10: 14. ܢܩܪܘܢܝܗܝ vocarent eum, *Marc.* 3: 31. 10: 49. *Luc.* 18: 40. ܢܩܪܘܢܟ vocent te, *Luc.* 14: 12. ܬܩܪܘܢ *m.* vocabitis, *Matt.* 23: 9.

Ethpeel ܐܬܩܪܝ *m.* *Paſſiv.* τῷ *Kal. Item reciprocè*, Vocavit ſe. Vocatus, appellatus eſt, *Matt.* 4: 18. Vocatum eſt *nomen ejus*, *Luc.* 2: 21. Invitatus eſt, *Joh.* 2: 2. Vocatus eſt, *Act.* 13: 9. Lecta eſt *lex*, *v.* 15. Invocatum eſt *nomen meum*, *c.* 15: 17. Advocatus eſſet, *cap.* 24: 2. Invocatum eſſet *nomen Chriſti*, *Rom.* 15: 20. Vocatus eſt, 1 *Cor.* 7: 18; *bis.* 20. 22, *bis.* 24. *Hebr.* 11: 8.

ܐܬܩܪܝܬ *f* vocatus eſt *ager*, *Act.* 1: 19. Lecta fuerit, *Col.* 4: 16. ܐܬܩܪܝܬ *m.* vocatus es, 1 *Cor.* 7: 21. 1 *Tim.* 6: 12. ܐܬܩܪܝܘ *m.* vocati ſunt, *Act.* 11: 26. *Hebr.* 9: 15. ܐܬܩܪܝܬܘܢ *m.* vocati eſtis, 1 *Cor.* 1: 9. *Gal.* 5: 13. *Eph.* 4: 1. 4. *Col.* 3: 15. *Hebr.* 3: 1.

Partic. ܡܬܩܪܐ *m.* vocatur, *Matt.* 1: 16. 10: 2. 26: 3. 14. 27: 16. 17. 22. *Marc.* 15: 7. *Luc.* 1: 61. 6: 15. 19: 29. 21: 37. 22: 1. 3. 47. *Joh.* 11: 54. *Act.* 1: 12. 23. 3: 2. 10. 11. 7: 58. 9: 11. 10: 5. 18. 32. 11: 13. 13: 1. 7. 15: 22. 17: 19. 24: 27. 27: 12. 14. 28: 15. *Rom.* 2: 17. 1 *Cor.* 5: 11. Legitur, 2 *Cor.* 3: 15. Vocatur, *Col.* 4: 11. 2 *Theſ.* 2: 4. *Hebr.* 3: 13. 5: 4. 9: 2. 3. *Apoc.* 12: 9. 19: 11.

Fœm. ܡܬܩܪܝܐ vocatur, *Matt.* 2: 23. 13: 55. 26: 36. 27: 33. *Marc.* 14: 32. *Luc.* 1: 36. 2: 4. 8: 2. 23: 33. *Joh.* 5: 2. 19: 13. 17. *Act.* 6: 9. 10: 1. 27: 8. 16. 28: 1. Legitur, 2 *Cor.* 3: 2. 14. Vocatur, *Eph.* 2: 11. *Apoc.* 1: 9. 11: 8. 16: 16.

Plur.maſc. ܡܬܩܪܝܢ vocantur, *Mat.* 23: 7. *Luc.* 22: 25. *Act.* 17:18. *Rom.* 9: 26. 1 *Cor.* 8: 5. *Eph.* 2: 11.

Futur. ܢܬܩܪܐ *m.* vocabitur, *Matt.* 2: 23. 5: 19. 21: 13. *Marc.* 11: 17. *Luc.* 1: 32. 35. 60. 2: 23. *Rom.* 9: 7. Vocaret ſe, *Hebr.* 11: 16. Vocabitur, *verſſ.* 18. 24.

ܬܬܩܪܐ *f.* legatur, *Col.* 4: 16. 1 *Theſ.* 5: 27. ܬܬܩܪܐ vocaberis, *Luc.* 1: 76. *Joh.* 1: 42 *a.* 43. ܐܬܩܪܐ *c.* vocer, 1 *Cor.* 15: 9. ܢܬܩܪܘܢ *m.* vocabuntur, *Matt.* 5: 9. *Rom.* 9: 26. ܬܬܩܪܘܢ *m.* vocabimini, *Matt.* 23: 8. 10.

Aphel ܐܩܪܝ *m.* Vocare, legere fecit.

ܩܪܝܢܐ *m. emph.* Vocatio; lectio. Vocatio, 1 *Cor.* 7: 20. *Eph.* 4: 1. *Phil.* 3: 14. Lectio, 1 *Tim.* 4: 13. Vocatio, 2 *Tim.* 1: 9. *Hebr.* 3: 1.

ܩܪܝܢܗ vocatio ejus *vel* ſua. *Rom.* 11: 29. *Eph.* 1: 18. ܩܪܝܢܟܘܢ vocatio veſtra, *Eph.* 4: 4. 2 *Theſ.* 1: 11.

ܩܪܝܬܐ *f. emph.* Idem. ܩܪܝܬܟܘܢ vocatio veſtra, 1 *Cor.* 1: 26. 2 *Petr.* 1: 10. *vide var. Lect. utriuſque loci.*

ܡܩܪܐ ܬܪܢܓܠܐ *m.* Gallicinium, *Marc.* 13: 35; *Vienn. Reg.* [*charact. Syr.*] & *Troſt. edit. hîc habent* ܡܩܪܐ, *non additâ terminali vocali*; *in Tremel. Reg.* [*charact. Chald.*] *Hutt.* & *Gutb. edit. eſt* ܡܩܪܐ מַקְרָא; *ſic* & *in Lex. Crineſ. Troſt.* & *Buxt. Sed in Caſtelli Lexico* & *in Pariſ.* & *Angl. edit. legitur* ܡܩܪܐ, *ad formam participii præſentis Aphel: ut ſupra* ܡܩܕܫܐ *pag.* 315.

ܩܪܶܒ *m.* Appropinquavit, acceſſit, adiit, propinquus fuit; tetigit, attigit. *Hebr.* קָרַב, *Chald.* קְרֵב, *Sam.* ࠒࠓࠁ, *Arab.* قَرُبَ, *Æth.* ቀርበ። Acceſſit, *Matt.* 4: 3. Tetigit, *cap.* 8: 3. Acceſſit, *v.* 5. Tetigit, *v.* 15. Acceſſit, *v.* 19. 9: 18. Tetigit, *v.* 29. 17: 7. Acceſſit, *v.* 14. 18: 21. 19: 16. Tetigit, *cap.* 20: 34. Appropinquaſſet, *cap.* 21: 1. Acceſſit, *v.* 30. 25: 20. 22. 24. 26: 49. 27: 58. 28: 2. 18. *Marc.* 1: 31. Tetigit, *v.* 41. 5: 30. 31. 7: 33. Appropinquaret, *cap.* 11: 1. Acceſſit, *cap.* 12: 28. 14: 35; *hoc in loco in Græco textu eſt* προελθὼν abiens *paululum, ſubaudi à diſcipulis ſuis; hîc verò dicitur* acceſſiſſe, *ſubaudi ad locum quem nominavit, nempe ad Gad-ſiman. Hæc notavit Tremellius.* Appropinquavit, *v.* 42. Acceſſit, *v.* 45. Tetigit, *Luc.* 5: 13. Appropinquaſſet, *cap.* 7: 12. Tetigit, *v.* 14. *cap.* 8: 45. 46. Acceſſiſſet, *cap.* 18: 40. Appropinquavit, *c.* 19: 37. 41. 21: 8. 20. 28. 30. Acceſſit, *cap.* 22: 47. Tetigit, *v.* 51. Acceſſit, *cap.* 23: 52. Appropinquaſſet, *Joh.* 6: 19. Acceſſit, *cap.* 21: 13. Appropinquavit, *Act.* 4: 3. 21: 33. Acceſſit, *cap.* 22: 26. 27. Appropinquavit, *Rom.* 13: 12. *Hebr.* 10: 25. *Apoc.* 1: 3. 17: 8.

ܩܪܒܬ *f.* appropinquavit, *Mat.* 3: 2. 4: 17. Tetigit, *cap.* 8: 44. 9: 20.

9: 20. Appropinquavit, *cap.* 10: 7. 12: 28. Acceſſit, *cap.* 20: 20. 26: 7. Tetigit, *Marc.* 5: 27. *Luc.* 7: 39. 8: 44. 47. Appropinquavit, *cap.* 10: 9. 11. 11: 20. *Jacob.* 5: 8.

ܩܪܒܘ *m.* acceſſerunt, *Matt.* 4: 11. 5: 1. 8: 25. 9: 14. 13: 10. 27. 36. 14: 12. 15. Tetigerunt, *v.* 36. Acceſſerunt, *cap.* 15: 1. 12. 23. 30. 16: 1. 17: 19. 24. 18: 1. 19: 3. 21: 14; *vide hoc in loco var. Lect. & confer textum Græcum.* 23. 22: 23. 24: 1. 3. 26: 60. 73. *Marc.* 6: 35. 10: 2. 35. *Luc.* 8: 24. 9: 12. 13: 31. 20: 27. Appropinquarunt, *cap.* 24: 28. Acceſſerunt, *Joh.* 12: 21.

ܩܪܒܝ *f.* acceſſerunt, *Matt.* 28: 9.

Benoni ܩܳܪܶܒ *m.* accedens, *Luc.* 12: 33. *Fœm.* ܩܳܪܒܳܐ tangens, *Mat.* 9: 21. *Marc.* 5: 28. *Plur. maſc.* ܩܳܪܒܺܝܢ tangentes, *cap.* 6: 56. Accedentes, *Luc.* 23: 36. *Act.* 28: 9.

Imperat. ܩܪܘܒܘ *m.* appropinquate, *Jacob.* 4: 8. *Futur.* ܢܩܪܘܒ *m.* tangeret, *Marc.* 8: 22. 10: 13. *Luc.* 18: 15. ܬܩܪܘܒ *m.* tanges, *Col.* 2: 21. ܢܩܪܒܘܢ *m.* tangerent *Mat.* 14: 36. Attingere, *cap.* 23: 4; *eſt hic futurum cum præfixo dolath loco infinitivi.* Tangerent, *Marc.* 6: 56. Accedant, *Act.* 19: 38.

ܢܩܪܘܒ ܒܠܒܐ ܫܪܝܪܐ *c.* accedamus corde firmo, *Hebr.* 10: 22.

Paël. ܩܰܪܶܒ *m.* Appropinquare, accedere fecit, acceſſum dedit, paravit, adduxit, admiſit, admovit, applicuit, attulit, obtulit, aſſumpſit, impulit, provexit, præbuit, ſtitit, præſentavit. *Item, juxta quoſdam,* Præliatus eſt, bellavit, bellum geſſit, pugnavit, militavit, *quæ ſignificatio aliàs conjugationi Aphel tribuitur.* Obtulit, *Matt.* 25: 20. *Act.* 8: 18. *Hebr.* 5: 7. 7: 27. 9: 14. 26. 10: 12. 11: 4. 17.

ܩܪܒܗ aſſumpſit eum, *Rom.* 14: 3. ܩܪܒܟܘܢ aſſumpſit vos, *cap.* 15: 7. ܩܪܒܬܗ obtuli eum, *Mat.* 17: 16. ܩܪܒܘ *m.* obtulerunt, *Mat.* 2: 11. Adduxerunt, *cap.* 8: 16. Obtulerunt, *cap.* 9: 2. 32. Adduxerunt, *cap.* 14: 35. 18: 24. Obtulerunt, *cap.* 19: 13. 22: 19. Impulerunt *navigia ad terram*, *Luc.* 5: 11. Obtulerunt, *cap.* 18: 15. *Act.* 16: 20. Admoverunt, *Joh.* 19: 29.

ܩܪܒܬܘܢ *m.* adduxiſtis, *Luc.* 23: 14. Obtuliſtis, *Act.* 7: 42.

Partic. præſ. ܡܩܪܒ *m.* offerens, *Matt.* 5: 23. Adducens, *Luc.* 9: 42. Offerens, *Joh.* 16: 2. 1 *Tim.* 2: 1. *Hebr.* 9: 7. 9. 10: 11.

Fœm. ܡܩܪܒܐ acceſſum dans, 1 *Cor.* 8: 8. *Plur. maſc.* ܡܩܪܒܝܢ adducentes, *Mat.* 10: 18. Offerentes, *Marc.* 10: 13. Adducentes, *Luc.* 12: 11. Offerentes, *cap.* 23: 36. Aſſumentes, *Rom.* 15: 7. Offerentes, 2 *Cor.* 9: 14. *Hebr.* 8: 4. 10: 1.

Imperat. ܩܪܒ *m.* offer, *Matt.* 5: 24. 8: 4. 17: 27. *Marc.* 1: 44. *Luc.* 5: 14. Præbe, *cap.* 6: 29. ܩܪܒܝܗܝ adducito eum, *cap.* 9: 41.

Futur. ܢܩܪܒ *m.* offerat, *Hebr.* 5: 1. 3. 7: 27. 8: 3, *bis.* 9: 25. ܕܢܩܪܒܟܘܢ ut vos offerret, 1 *Petr.* 3: 18. ܢܩܪܒܢ aſſumet nos, 2 *Cor.* 4: 14. ܐܩܪܒ *c.* offeram, *Act.* 24: 17. 2 *Cor.* 11 : 2. ܢܩܪܒܘܢ *m.* admoverent, M*arc.* 3: 9. Prœliabuntur, *Apoc.* 17: 14; *vide hîc varias Lectiones.* ܢܩܪܒܘܢܟܘܢ ſiſtent, præſentabunt vos, *Luc.* 21 : 12. *Ethpaal* ܐܬܩܪܒ *m.* Idem *quod* Peal. Oblatus, admiſſus eſt. Acceſſit, *Matt.* 17: 7. *Luc.* 10: 34. *Act.* 7: 31. 8: 30. 18: 2. Oblata eſſet *oblatio*, *cap.* 21: 26. Oblatus eſt, *Hebr.* 9: 28.

ܐܬܩܪܒܬ *f.* acceſſit, *Luc.* 8: 44. ܐܬܩܪܒܘ *m.* acceſſerunt, M*at.* 26: 50. *Act.* 23: 14. Appropinquavit *vita*, *Rom.* 13: 11. ܐܬܩܪܒܬܘܢ *m.* acceſſiſtis, *Hebr.* 12: 18. 22. ܐܬܩܪܒܢ *c.* admiſſi ſumus, *Rom.* 5 : 2. P*artic.* ܡܬܩܪܒ *m.* accedens, 1 *Tim.* 6: 3. *Hebr.* 11: 6. Appropinquans, 1 *Joh.* 5: 18. P*lur. maſc.* ܡܬܩܪܒܝܢ accedentes, *Luc.* 15: 1. Appropinquantes, *Act.* 27: 27. Accedentes, *Hebr.* 7: 25. Offerebantur, *cap.* 9: 9. 10: 1. 8. Accedentes, 1 *Petr.* 2: 4.

ܡܬܩܪܒܝܢܢ appropinquamus, *Hebr.* 7: 19; *ex* ܡܬܩܪܒܝܢ appropinquantes & ܚܢܢ nos *vel* ſumus *compoſitum.*

Infinit. ܠܡܬܩܪܒܘ accedere, M*arc.* 2: 4. Ut tangerent, *Luc.* 6: 19.

Imperat. ܐܬܩܪܒ *m.* accede, *Act.* 8: 29.

Futur. ܢܬܩܪܒ *m.* appropinquaret, *Act.* 5: 13. Tangat, 1 *Cor.* 7: 1. [*conf. Prov.* 6: 29.] Accedere, 1 *Tim.* 6: 16; *futurum cum præfixo dolath loco infinitivi.* Appropinquabit, *Hebr.* 11: 28. *Jacob.* 4: 8.

ܬܬܩܪܒ *f.* offeratur, *Hebr.* 10: 26; *abſque jud paragogico.* ܬܬܩܪܒ *f.* appropinquaverit, *cap.* 12: 20. ܬܬܩܪܒܝܢ *f.* tangas, *Joh.* 20: 17. ܢܬܩܪܒܘܢ *m.* tangerent, M*arc.* 3: 10. Accedant, *Col.* 2: 2. ܬܬܩܪܒܘܢ *m.* tetigeritis, 2 C*or.* 6: 17. ܢܬܩܪܒ *c.* accedamus, *Hebr.* 4: 16.

Aphel ܐܩܪܒ *m.* Prœliatus eſt, bellavit, bellum geſſit, pugnavit, militavit. ܐܩܪܒܘ *m.* prœliati ſunt, *Apoc.* 12: 7. *Partic. præſ.* ܡܩܪܒ *m.* bellum gerens, *Rom.* 7: 23. Prœlians, *Apoc.* 19: 11. *Plur. fœm.* ܡܩܪܒܢ militantes, *Jacob.* 4: 1. *Infinit.* ܠܡܩܪܒܘ ad prœliandum, *Apoc.* 12: 7. Prœliari, *cap.* 13: 4. *Futur.* ܐܩܪܒ *c.* bellum geram, *cap.*

cap. 2 : 16. ܢܩܪܒܘܢ *m.* præliabuntur, *cap.* 17 : 14; *ita hîc eſt in Pariſ. & Angl. edit. vide & paulò antè in Paël.*

ܩܪܝܒ *m.* Propinquus, proximus, vicinus; præſens. Prope. *Eſt formæ Peil Peal, & quibuſdam in locis etiam participialiter ſumitur.* Proximus, *Luc.* 1 : 3. Propinquus *ad moriendum*, *cap.* 7 : 2. Propinquus *ad intrandum*, *cap.* 17 : 12. Propinquus, *cap.* 18 : 35. 19 : 11. Prope, *cap.* 22 : 1. *Joh.* 2 : 13. 4 : 47. 6 : 4. 7 : 2. Propinquus, *cap.* 11 : 54. Propinquum *erat paſcha*, *v.* 55. Propinquum *eſſet ſepulchrum*, *cap.* 19 : 42 *a.* 41. Prope, *Rom.* 10 : 8. Propinquus, 1 *Cor.* 5 : 3. *Phil.* 2 : 12. Prope, *cap.* 4 : 5. Propinquum, *Hebr.* 8 : 13. *Apoc.* 22 : 10.
Emph. ܩܪܝܒܐ proximus, *Luc.* 10 : 36. Propinquus, 1 *Cor.* 5 : 3. ܩܪܝܒܗ proximus ejus *vel* ſuus. *Marc.* 12 : 33. *Rom.* 13 : 10. 15 : 2. *Eph.* 4 : 25. ܩܪܝܒܟ proximus tuus, *Matt.* 5 : 43. 19 : 19. 22 : 39. *Marc.* 12 : 31. *Luc.* 10 : 27. *Rom.* 13 : 9. *Gal.* 5 : 14. *Jac.* 4 : 12. ܩܪܝܒܝ proximus meus, *Luc.* 10 : 29.
Fœm. ܩܪܝܒܐ proxima, *Marc.* 4 : 37. Propinquum, *cap.* 13 : 29. Propinqua, *Luc.* 8 : 23. 42. Propinquum *regnum*, *cap.* 21 : 31. Propinquus *locus*, *Joh.* 19 : 20. Propinqua, *Act.* 27 : 8. Propinquum *malum*, *Rom.* 7 : 21.
Plur. maſc. ܩܪܝܒܝܢ vicinæ *regiones*, *Act.* 2 : 10. Propinqui, *cap.* 10 : 9. Propinqua *vita*, 2 *Cor.* 1 : 8. *Emph.* ܩܪܝܒܐ propinqui, *Eph.* 2 : 13. 17. ܩܪܝܒܝܢܢ propinqui, præſentes ſumus, 2 *Cor.* 10 : 11; *ex* ܩܪܝܒܝܢ præſentes & ܚܢܢ nos *vel* ſumus *compoſitum*; *Gr.* παρόντες.
Plur. fœm. ܩܪܝܒܢ propinquæ, *Marc.* 1 : 38. Propinqua, *cap.* 13 : 4. Propinquæ, *Luc.* 5 : 7. Propinqua, *cap.* 21 : 7. Accedentes *erant*, *cap.* 23 : 55. Propinqua *ſaluti*, *Hebr.* 6 : 9.

ܩܪܝܒܘܬܐ *f. emph.* Vicinitas; aditus, acceſſus, acceſſio, *Eph.* 3 : 12.

ܩܪܒܐ *m. emph.* Bellum, prælium, pugna. *Hebr.* קְרָב, & *Chald.* קְרָב, *emph.* קְרָבָא. Prælium, 1 *Cor.* 14 : 8. Pugna, 2 *Cor.* 7 : 5. Bellum, *Hebr.* 11 : 34. Prælium, *Apoc.* 9 : 7. 9. 11 : 7. 12 : 7. 17. 13 : 7. 16 : 14. 19 : 19. 20 : 8.
Plur. emph. ܩܪܒܐ bella, prælia, *Matt.* 24 : 6. *Marc.* 13 : 7. *Luc.* 21 : 9. *Jacob.* 4 : 1. 2. 1 *Petr.* 2 : 11.

ܩܘܪܒܐ *m. emph.* Oblatio; aditus, acceſſus, acceſſio, *Eph.* 2 : 18.

ܩܘܪܒܢܐ *m. emph.* Oblatio, ſacrificium, munus, donum. *Hebr.* קָרְבָּן קֻרְבַּן, *Chald.* קֻרְבָּן קָרְבַּן קוּרְבָּן, *emph.* קוּרְבָּנָא קָרְבָּנָא, *Arab.* قُرْبَان. Oblatio, *Matt.* 8 : 4. 27 : 6. Sacrificium, *Marc.* 1 : 44. Oblatio, *Luc.* 5 : 14. 21 : 4. *Joh.* 16 : 2. *Act.* 21 : 26. 24 : 17. *Rom.* 15 : 16. *Epheſ.* 5 : 2. *Hebr.* 5 : 1. 10 : 10. 14. 18.
ܩܘܪܒܢܗ oblatio ejus, *Hebr.* 11 : 4. ܩܘܪܒܢܟ oblatio tua, *Matt.* 5 : 23.

23. 24, *bis.* ܩܘܪܒܢܝ oblatio mea, M*att.* 15: 5. M*arc.* 7: 11. P*lur.* ܩܘܪܒܢܝܢ. *Emph.* ܩܘܪܒܢܐ oblationes, M*att.* 2: 11. *Hebr.* 8: 3. 4. 9: 9. 10: 5. 8. ܩܘܪܒܢܝܗܘܢ oblationes ſuæ, L*uc.* 21: 1. *Hebr.* 10: 2.

* קָרָה *Hebr.* Evenit, obvenit, occurrit, [κυρέω, L*at.* curro.] *convenit cum* קָרָא, *quod de curſu vocis, ut hoc de occurſione reali dicitur: Avenarius.* Pi*ël* קֵרָה Contignavit, contabulavit.

ܩܪܝܐ *m.* Urbs, civitas, oppidum, *à mutuo hominum concurſu, ſeu plurium ædificiorum contignatione. Item,* Pagus, vicus, caſtrum, caſtellum, villa, prædium, rus, ager. *Urbibus opponitur diverſis in locis.* ܩܪܝܐ ܠܩܪܝܐ vicatim. C*aſtellus. Eſt nomen formæ* Peïl Peal. *Fœm. emph.* ܩܪܝܬܐ civitas, M*atth.* 10: 11. 14. 13: 36. 38. 44, *bis.* Vicus, *cap.* 21: 2. Ager, *cap.* 24: 40. 27: 8. Pagus, *Marc.* 8: 23. 26, *bis.* Ager, *cap.* 15: 21. Pagus, *Luc.* 9: 52. 56. 10: 38. Ager, *cap.* 14: 18. 15: 15. 25. Vicus, *cap.* 17: 12. Pagus, *cap.* 19: 30. Ager, *cap.* 23: 26. Pagus, vicus, *cap.* 24: 13. 28. Oppidum, *Joh.* 7: 42. Pagus, *cap.* 11: 30. Ager, *Act.* 1: 18. 19. 4: 37. 5: 3. 8.

ܩܪܝܬܟ ager tuus, M*att.* 13: 27. ܩܪܝܬܗ ager ſuus, *cap.* 13: 24. 31. Villa ſua, *cap.* 22: 5. Ager ſuus, *Act.* 5: 1.

P*lur. emph.* ܩܘܪܝܬܐ vici, L*uc.* 14: 21; *vide var.* L*ect.* & *ſupra pag.* 79.

ܩܘܪܝܐ *f.* Idem. Con*ſtr.* ܩܘܪܝܬ ܕܡܐ ager ſanguinis, *Act.* 1: 19. ܩܘܪܝܐ *ſignificatione plurale eſt, & duplex punctum, pluralis numeri notam geſtat; attamen terminationem habet ſingularem: vide gram. Harm. de Dieu* 164. 165. Vici, *Matt.* 14: 15. 35. Agri, *cap.* 19: 29. Oppida, *Marc.* 1: 38. Pagi, *cap.* 5: 14. 6: 6. 36. 56. Agri, *cap.* 10: 29. 30. Pagi, *Luc.* 5: 17. 8: 1. 34. 9: 6. 13: 22. Agri, *cap.* 21: 21. Vici, *Joh.* 11: 55. Agri, *Act.* 4: 34. Pagi, *cap.* 8: 1. 25. 26: 20. Prædia, *cap.* 28: 7.

ܩܪܝܬ *f.* Tignum, trabs. *Hebr.* קוֹרָה, *ab occurrendo, quod in ædificiis exſtruendis ita aptentur, ut ſe mutuò occurrentia excipiant.* E*mph.* ܩܪܝܬܐ trabs, M*att.* 7: 3. 4. 5.

ܩܪܘܣܛܠܠܘܣ Κρύσαλλος cryſtallus, *Apoc.* 21: 11. 22: 1. *vide utriuſque loci var. Lect.*

* קרט ܩܘܪܛܢܐ *m. emph.* Rhamnus, rubus, tribulus, carduus. P*lur. emph.* ܩܘܪܛܢܐ cardui, M*att.* 7: 16. *Hebr.* 6: 8. C*hald.* קַרְצוּבִין, צ & ט *commutatis.*

ܩܪܐܣ

ܩܪܡ *m.* Superinduxit, obduxit, incruſtavit. *Hebr.* קָרַם· *Chald.* קְרַם· Peïl ܩܪܝܡܬܐ *f.* obducta, *Hebr.* 9: 4.

* קָרַן *Hebr.* Radiavit, ſplenduit [κερατυνάω] *radios inſtar cornuum emiſit. Arab.* قرن magnis fuit cornibus.

ܩܪܢܐ *f. emph.* Cornu: Tuba, buccina: Extremitas, angulus. *Hebr.* קֶרֶן· *Chald.* קֶרֶן· *emph.* קַרְנָא· *Arab.* قَرْنٌ, *Æth.* ቀርን:: Buccina, tuba, *Matt.* 6: 2. Extremitas *veſtimenti*, *cap.* 9: 20. Cornu *ſalutis*, *Luc.* 1: 69. Cornu *anguli*, *cap.* 20: 17. Angulus, *Act.* 4: 11. Buccina, tuba, 1 *Cor.* 14: 8. 15: 52. Angulus, *Eph.* 2: 20. Buccina, tuba, 1 *Theſ.* 4: 16. *Hebr.* 12: 19.

Plur. ex terminatione maſculina emphatica ܩܪ̈ܢܐ cornua, *Apoc.* 13: 11. 17: 3. 12. 16. *Ex terminatione fœminina* ܩܪ̈ܢܝܢ anguli, *Act.* 10: 11. *Emph.* ܩܪ̈ܢܬܐ cornua, *Apoc.* 5: 6. 12: 3. 13: 1, *bis.* 17: 7. ܩܪ̈ܢܬܗ anguli ſui, *Act.* 11: 5. Cornua ejus, *Apoc.* 9: 13; *hoc in loco affixum* πλεονάζει.

* קָרַס *Hebr.* Incurvatus, curvus fuit. קְרַס *Chald.* Findere; *al.* tegere; conterere. *Paël* ܩܪܣ *m.* Deteſtatus eſt.

ܩܐܪܣܐ ܩܪܣܐ *m. emph.* Contentio, altercatio, pugna, tribulatio, calamitas, bellum. *Item*, Tempus, opportunitas, occaſio, *Græc.* καιρός. ܩܐܪܣܗ occaſio ſua, *Eph.* 5: 16. ܩܐܪܣܟܘܢ occaſio veſtra, *Col.* 4: 5. *Plur. emph.* ܩܐܪ̈ܣܐ bella, *Matt.* 24: 6. *Et abſque Olaph in medio*, *Marc.* 13: 7.

* קָרַץ *Hebr.* Scidit, excidit, incidit, concidit. *Chald.* קְרַץ· *Arab.* قَرَصَ Digitis duobus prehenſum compreſſit, *Belg.* nypen, punxit, momorditve *pulex.* قَرَضَ mandit, momordit, corroſit. قرض· קָרֵץ Detractor, ſuſurro, *à mordendo & rodendo famam proximi*: *Troſtius ex Raphelengio. Affine eſt Teut.* kratzen /

ܩܪ̈ܨܐ *m. emph.* Obtrectatio, criminatio, delatio, accuſatio. *Chald.* קְרַץ· *emph.* קִרְצָא. *Plur. emph.* ܩܪ̈ܨܐ. *Semper præcedit verbum* ܐܟܠ: *vide ſupra pag.* 17. 18. 19.

* קרק ܩܪܩܦܬܐ *f. emph.* Cranium, calvaria; caput. Calvaria, *Mat.* 27: 33. *Marc.* 15: 22. *Luc.* 23: 33. *Joh.* 19: 17. ܥܠ ܩܪܩܦܬܗ ſuper caput ejus, *Rom.* 12: 20; *Gr.* εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

ܩܪܩܘܪܐ *vide in ſequente* ܩܪ

ܩܪ ܩܪ *m.* Friguit, refrigeravit ſe.

ܩܪܝܪܐ *m. emph.* Frigidus. *Chald.* קְרִיר, *emph.* קְרִירָא. *Eſt nomen formæ Peil Peal. Apoc.* 3: 15, *bis.* 16. *vide Animadv. de Dieu in priorem verſum.*

Plur. maſc. emph. ܩܪܝܪܐ frigidæ *aquæ, Matt.* 10: 42.

ܩܪܩܘܪܐ *f.* Scapha, *Act.* 27: 16. 30. 32.

* קְרַשׁ *Chald.* Coagulavit, condenſavit, congelatus eſt. *Paël* ܩܪܫ *m.* Frigefecit *aquam.*

ܩܪܝܫܐ *m.* Frigus, *Joh.* 18: 18.

ܩܘܪܫܐ *m. emph.* Idem. *Act.* 28: 2.

* קָשָׁה *Hebr.* Durus, gravis, difficilis fuit. *Chald.* קְשָׁא, קְשַׁה, *Arab.* قَسَا. *Paël* ܩܫܝ *m.* Durum reddidit, aggravavit, durum ſe præbuit, induravit, obduravit, induреſcere ſivit. *Partic. præſ.* ܡܩܫܐ *m.* indurans, *Rom.* 9: 18. *Futur.* ܬܩܫܘܢ *m.* obdurabitis, *Hebr.* 3: 8. 15. 4: 7.

Ethpaal ܐܬܩܫܝ *m.* Induratus eſt, induravit ſe, *Exod.* 13: 15. *Partic.* ܡܬܩܫܝܢ ܗܘܘ *m.* indurabantur, *Act.* 19: 9. *Futur.* ܢܬܩܫܐ *m.* induretur, *Hebr.* 3: 13.

Aphel ܐܩܫܝ *m.* Idem *quod Paël.* 1 *Reg.* 12: 4.

ܩܫܐ *m.* Durus, gravis, difficilis, moleſtus, vehemens, ſævus. *Chald.* קְשֵׁי. *Eſt nomen formæ Peïl Peal.* Durum *erit tibi, Act.* 9: 4. 26: 14. *Emph.* ܩܫܝܐ durus, *Matt.* 25: 24. Durum *cor, Marc.* 8: 17. Durus, *Luc.* 19: 21. 22. Dura *tempeſtas, Act.* 27: 18.

Fœm. ܩܫܝܐ vehemens *ventus, Mat.* 14: 30. Durus *ſermo, Joh.* 6: 60.

Plur. maſc. emph. ܩܫܝܐ graves *accuſationes, Act.* 25: 7. Dura *tempora,* 2 *Tim.* 3: 1. *Conſtr.* ܩܫܝ ܩܕܠܐ *ad lit.* duri cervicis, *i. e,* duri cervice, *Act.* 7: 51; *vide Buxt. Theſ. lib.* 2. *cap.* 3. *Reg.* 4.

Plur. fœm. emph. ܩܫܝܬܐ ſævi *venti, Jacob.* 3: 4. Dura *verba, Jud. v.* 15.

ܩܫܝܘܬܐ *f. emph.* Aſperitas, duritas, duritia, durities, ſeveritas. *Conſtr.* ܩܫܝܘܬ ܠܒܐ durities cordis, *Matt.* 19: 8. *Marc.* 3: 5. 10: 5. 16: 14. *Rom.* 2: 5. ܩܫܝܘܬܗ ſeveritas ejus, *Rom.* 11: 22; *affixum hic eſt pleonaſticum.*

ܩܫܝܬܐ

ܩܫܝܐܝܬ Duriter, durè, graviter, aſperè, rigidè, ſeverè. Duriter, 2 *Cor.* 13: 10. Severè, *Tit.* 1: 13.

ܩܘܫܝܐ *m.* Idem *quod* ܩܫܝܘܬܐ. *Emph.* ܩܘܫܝܐ.

ܩܫܫ ܩܫ *m.* Senuit, conſenuit. *Chald.* קְשַׁשׁ.

ܩܫܝܫܐ *m. emph.* Senex, Senior, grandis natu, decrepitus; antiquus; Presbyter, Sacerdos, Epiſcopus. *Chald.* קְשִׁישׁ, *emph.* קְשִׁישָׁא, *Arab.* قسيس. Senior, *Luc.* 15: 25. *Act.* 18: 17. *Rom.* 9: 12. Epiſcopus, Presbyter, 1 *Tim.* 3: 2; *Gr.* ἐπίσκοπος. Senior, *cap.* 5: 1. Presbyter, *v.* 19. Epiſcopus, *Tit.* 1: 7; *Gr.* ἐπίσκοπος. Presbyter, 1 *Petr.* 5: 1. 2 *Joh. v.* 1. 3 *Joh. v.* 1.

ܩܫܝܫܗܘܢ grandis, major, maximus natu ipſorum, *Hebr.* 8: 11.

Fœm. ܩܫܝܫܬܐ. *Conſtr.* ܩܫܝܫܬ ܒܝܘܡܝܗ̇ decrepita in diebus ſuis, *Luc.* 2: 36. *De hac forma conſtructa, intercedente Beth, vide Glaſ. philol. ſ. libr.* 3. *Tract.* 1 *Can.* 31.

Plur. maſc. ܩܫܝܫܝܢ. *Emph.* ܩܫܝܫܐ Seniores, *Matt.* 15: 2. 16: 21. 21: 23. 26: 3. 47. 57. 27: 1. 3. 12. 41. *Marc.* 8: 31. 11: 27. 14: 43. 53. 15: 1. *Luc.* 7: 3. 9: 22. 20: 1. 22: 52. 66. *Act.* 4: 5. 23. 6: 12. 15: 2. 4. 6. 22. 23. 16: 4. 20: 17. 21: 18. 23: 14. 24: 1. *Phil.* 1: 1. 1 *Tim.* 5: 17. *Tit.* 1: 5. 2: 2. Antiqui, *Hebr.* 11: 2. Seniores, *Jacob.* 5: 14. 1 *Petr.* 5: 1. *Apoc.* 4: 4. 10. 5: 5. 6. 8. 11. 14. 7: 11. 13. 11: 16. 14: 3. 19: 4.

ܩܫܝܫܝܟܘܢ ſeniores veſtri, *Act.* 2: 17. 1 *Petr.* 5: 5.

Plur. fœm. emph. ܩܫܝܫܬܐ grandes natu *mulieres*, anus, 1 *Tim.* 5: 1. *Tit.* 2: 3.

ܩܫܝܫܘܬܐ *f. emph.* Majoritas, presbyterium, presbyteriatus, epiſcopatus. *Chald.* קְשִׁישׁוּתָא קְשִׁישׁוּתָא. Majoritas *natu*, *Gen.* 43: 33. Presbyteriatus, epiſcopatus, 1 *Tim.* 3: 1; *Gr.* ἐπισκοπή. Presbyterium, *cap.* 4: 14; *Gr.* πρεσβυτέριον.

* קְשַׁת *Chald.* Jaculatus, ejaculatus eſt. *Arab.* قسط A' juſto deflexit, iniquus fuit. *Conjug.* IV. juſtus & æquus fuit. V. Diſtribuerunt *rem* æqualiter *inter ſe.*

ܩܫܬܐ *m. emph.* Arcus. *Hebr.* קֶשֶׁת, *Chald.* קֶשֶׁת, *emph.* קַשְׁתָּא, *Æth.* ቀስት :: Arcus *nubium*, *Apoc.* 4: 3. *Nubis*, c. 10: 1.

ܩܘܫܬܐ *m. emph.* Veritas. *Hebr.* קֹשְׁט קשֶׁט, *Chald.* קוּשְׁט, *emph.* קוּשְׁטָא: *Arab.* قسط juſtitia, æquitas; veritas. *Matt.* 22: 16.

Luc. 12: 57. 20: 21. *Joh.* 1: 14. *Act.* 12: 11. *Rom.* 1: 18. 2: 2. 9: 1. 1 *Cor.* 13: 6. 2 *Cor.* 6: 7. 7: 14. 13: 8. *Eph.* 1: 13. 4: 21. 24. 25. 5: 9. *Phil.* 1: 9. *Col.* 1: 5. 6. 2 *Theſ.* 2: 10. 12. 1 *Tim.* 2: 7. 6: 5. *Caret plurali.*

ܟܘܪ *m.* Moram fecit. *Affine eſt* ܟܘܪ.

ܩܝܬܐܪܐ *m. emph.* Κιθάρα, cithara. *Teut.* Cithar / *Belg.* Cyther. *Deducimus Syram vocem ab Hebræâ* כִּנּוֹר *& Chaldæâ* כִּנָּר, *emph.* כִּנָּרָא. *Literâ palatinâ Caph in palatinam Quoph, & linguali Nun in lingualem Thau, ac Hebræo Cholem in Chaldæa voce in Kametz in Syra in Dſekopho, pro more mutatis*, 1 *Cor.* 14: 7. *Apoc.* 5: 8.

Plur. emph. ܩܝܬܐܪ̈ܐ *Apoc.* 14: 2. *A* ܩܝܬܐܪܐ, *ante terminationem emphaticam* ܐ *inſerto* ܣܘ, *fit diminutivum*

ܩܝܬܐܪܘܣܐ *m. emph.* Κιθάριον parva cithara, *q. d.* citharula. *Chald.* קִיתְרֹס, *cum jod redundante juxta Maſorethas*, *Dan.* 3: 5. 7. 10. 15. *Plur. cum aff.* ܩܝܬܐܪܘܣܘ̈ܗܝ citharæ ejus, *Apoc.* 15: 2. *vide Animadv. de Dieu in hunc locum. affixum hîc πλεονάζει.*

ܩܝܬܐܪܘܕܐ *m. emph.* Κιθαρῳδός, citharœdus. *Plur. emph.* ܩܝܬܐܪܘܕ̈ܐ *Apoc.* 14: 2. 18: 22.

ܪ

ܪܐܐ *vide* ܪܘܐ.

* رأس ראש *Arab.* Caput fuit, præfuit, rexit. *Conjug.* II. Conſtituit caput, præfecit. V. & VIII. *Paſſiv. hujus*, Præfectus & Princeps conſtitutus fuit.

ܪܫ *m.* Caput, vertex, ſummitas, ſumma, initium, principium, præcipuum, præſtantiſſimum, ſupremum; Princeps, Dux, primus, primarius, Primas, Præfectus, præcipuus: extremum, extremitas. *Hebr.* ראש, *Chald.* רֵישׁ רֵאשׁ, *Sam.* ࠓࠀࠔ ࠓࠉࠔ, *Arab.* رَأْسُ, *Æth.* ርእስ:: Princeps, 1 *Cor.* 15: 24. ܡܢ ܪܫ à principio, de novo, denuò, *Joh.* 3: 3. 7. 2 *Cor.* 3. 1. *Gal.* 4: 9. 19. *Eph.* 1: 10. *Tit.* 3: 5. *Hebr.* 6: 6, *bis.* 1 *Petr.* 1: 3. 23. *Jud. v.* 20; *Pocock his reddit* ab integro.

Emph. ܪܫܐ Princeps *dæmoniorum*, *Matt.* 9: 34. 12: 24. *Argentum* capitis, *i.e.*, *pecunia* capitationis, cenſus, tributum, *cap.* 17: 24. 25. [*Ita*, *c.* 22: 17. 19. *Marc.* 12: 14.

Luc.

Luc. 20: 22. 23: 2. *Act.* 5: 37. *Rom.* 13: 6. 7. *vide etiam ſupra pag.* 275.] Caput *anguli*, *Matt.* 21: 42. Initium, Principium, *cap.* 24: 8. *Marc.* 1: 1. Caput *anguli*, *cap.* 12: 10. Principium, *cap.* 13: 8. Princeps *quartæ ſcil. partis*, *i. e.*, Tetrarcha, *Luc.* 3: 1. Princeps *dæmoniorum*, *cap.* 11: 15. Præcipuus, *cap.* 22: 26. Princeps, *Act.* 3: 15. 5: 31. 7: 10. 27. 35, *bis*; *vide hic var. Lect.* Caput *Macedoniæ*, *cap.* 16: 12. Princeps, Primarius *urbis*, *cap.* 19: 35. Caput, *c.* 22: 5. Princeps, *cap.* 23: 5. Primarius, *c.* 24: 5. Caput, *cap.* 27: 34. Princeps *patrum*, Patriarcha, *Rom.* 4: 1. *& qui ſtat in* capite, *i. e.*, *qui* præeſt, *c.* 12: 8. Princeps, *c.* 15: 12. Caput, 1 *Cor.* 12: 21. *Eph.* 1: 22. 4: 15. 5: 23. *Col.* 1: 18. Principium, *ibid.* Caput, *c.* 2: 10. 19. Princeps *vitæ*, *Hebr.* 2: 10. Summa, caput, *c.* 8: 1. Principium, Dux *fidei*, *cap.* 12: 2. Caput, *Apoc.* 1: 5. 14. Principium, *cap.* 3: 14. Caput, *c.* 10: 1. 14: 14. 19: 12. Principium, initium, *c.* 21: 6. 22: 13

Conſtr. ܪܫ ܐܒܗܬܐ Caput patrum, Patriarcha, *Act.* 2: 29. *Hebr.* 7: 4. ܪܫ ܒܪܝܬܐ principium creaturæ, *Mar.* 13: 9. ܪܫ ܙܘܝܬܐ caput anguli, 1 *Petr.* 2: 6. ܪܫ ܚܘܛܪܐ ſummitas baculi, *Hebr.* 11: 21. ܪܫ ܝܪܚܐ initium menſis, novilunium, Calendæ. ܪܫ ܟܢܘܫܬܐ Princeps ſynagogæ, Archiſynagogus, *Luc.* 8: 41. ܪܫ ܡܘܬܒܐ ſupremum conſeſſuum, *Mat.* 23: 6. *Marc.* 12: 39. *Luc.* 11: 43. 20: 46. ܪܫ ܡܠܐܟܐ Archangelus, 1 *Theſ.* 4: 16. *Jud.* v. 9. ܪܫ ܡܠܘܗܝ ܕܐܠܗܐ principium verborum Dei, *Hebr.* 5: 12. ܪܫ ܣܡܟܐ ſupremum accubitus, *Luc.* 14: 8. Præfectus accubitus, Architriclinus, *Joh.* 2: 8. 9. ܪܫ ܣܡܟܐ ſupremum accubituum, *Matt.* 23: 6. *Marc.* 12: 39. *Luc.* 11: 43. 20: 46. ܪܫ ܨܒܥܐ extremum digiti, *Luc.* 16: 24. ܪܫ ܩܪܢܐ Caput cornu, anguli, *Act.* 4: 11. *Eph.* 2: 20. ܪܫ ܩܪܢܐ ܕܙܘܝܬܐ Caput cornu anguli, *Luc.* 20: 17. ܪܫ ܫܘܠܛܢܐ Princeps poteſtatis, *Eph.* 2: 2.

Cum affix. ܪܫܗ caput ejus *m.* *vel* ſuum. *Matt.* 8: 20. 14: 11. 27: 29. 30; *vide hoc in loco var. Lect.* 37. *Marc.* 15: 19. *Luc.* 9: 58. *Joh.* 19: 2. 30. 20: 7. *Act.* 18: 18. 1 *Cor.* 11: 4, *bis.* 7. *Hebr.* 2: 7. 9. *Affixum hoc abundat in locis ſequentibus*, *Matt.* 14: 8. 10. 26: 7. *Marc.* 6: 16. 24. 25. 27, *bis.* 14: 3. *Luc.* 9: 9. 1 *Cor.* 11: 3, *bis.*

ܪܫܗ caput ejus *f.* *vel* ſuum, *Luc.* 7: 38. 1 *Cor.* 11: 5, *bis.* 10. 13. *Apoc.* 12: 1. *Affixum hoc eſt pleonaſticum in locis ſequentibus*, Extremum ejus, *Marc.* 13: 27. Princeps, Primarius ejus *inſulæ*, *Act.* 28: 7. Caput ejus, 1 *Cor.* 11: 3. 5, *ſemel.* *Eph.* 5: 23.

ܪܫܟ caput tuum, *Matt.* 5: 36. 6: 17. ܪܫܝ caput meum, *Luc.* 7: 46. *Joh.* 13: 9. ܪܫܗܘܢ extremum eorum, *Mat.* 24: 31. *Marc.* 13: 27; *affixum his duobus in locis* πλεονάζει. Caput eorum, *Act.* 4: 21. ܪܫܟܘܢ caput veſtrum, *Mat.* 10: 30. *Luc.* 12: 7. 21: 18. *Plur.* ܪܫܝܢ. *Emph.* ܪ̈ܫܐ Primores *Galilææ*, *Marc.* 6: 21. Principes

cap. 10: 42. *Luc.* 12: 11. Primores, *cap.* 14: 1. *Joh.* 7: 48. *Act.* 16: 20. 17: 6. 8. 19: 31. 23: 15. 25: 2. 23. Principes, *Tit.* 3: 1. Capita, *Apoc.* 4: 4. 9: 7. 17. 19. 12: 3, *bis.* 13: 1, *bis.* 3. 17: 3. 7. 9.

Conſtr. ܪ̈ܫܝ ܝܪ̈ܚܐ initia menſium, novilunia, *Col.* 2: 16.

Cum affix. ܪ̈ܫܝܗܘܢ Principes eorum, *Matt.* 20: 25; *affixum hîc* πλεονάζει. Capita ſua, *Matt.* 27: 39. *Marc.* 15: 29. *Act.* 21: 24. Primores eorum, *cap.* 22: 30. 28: 17; *hoc in loco affixum eſt pleonaſticum.* Capita eorum *vel* ſua *Apoc.* 9: 17. 18: 19.

ܪܫܝܐ *m. emph.* Eminens, præſtans, principalis, præcipuus, primitivus, primus, ſummus. Præſtans *nardus*, *Marc.* 14: 3. *Joh.* 12: 3. Principalis *doctrina*, *Act.* 26: 5. *Fœm. emph.* ܪܫܝܬܐ præcipua *ſtola*, *Luc.* 15: 22.

ܪܫܝܬ *f.* Initium, principium, primum, primitiæ. *Hebr.* רֵאשִׁית. Initium, principium, *Joh.* 1: 1. 2.

ܡܢ ܪܫܝܬ ab initio, *Mat.* 19. 4. 8. *Mar.* 10: 6. *Joh.* 8: 44. *Hebr.* 1: 10. 1 *Joh.* 1: 1. 2: 7. 13. 14.

Emph. ܪܫܝܬܐ primitiæ, *Act.* 26: 23. *Rom.* 8: 23. 11: 16. 16: 5. 1 *Cor.* 15: 20. 23. 16: 15. Principium, *Hebr.* 3: 14. 7: 3. Primitiæ, *Jacob.* 1: 18. Principium, 1 *Joh.* 3: 8. Primitiæ, *Apoc.* 14: 4.

Plur. emph. ܪ̈ܫܝܬܐ primitiæ, *Hebr.* 7: 4.

ܪܝܫܢܐ *m. emph.* Primarius, Princeps, Antiſtes, Dux, Magnas, Primas. *Hebr.* רִאשׁוֹן. *Plur. emph.* ܪ̈ܝܫܢܐ Primores, Magnates, *Luc.* 18: 18. Principes, *Apoc.* 10: 11. *Conſtr.* ܪ̈ܝܫܢܝ ܐܠ̈ܦܐ Duces millenorum, Chiliarchæ, *Apoc.* 6: 15.

ܪܝܫܢܘܬܐ *f. emph.* Primatus, principatus, 1 *Mac.* 8: 16. ܪܝܫܢܘܬܗܘܢ primatum ſuum, *Jud. v.* 6.

ܪܒܐ *m.* Multiplicatus, auctus eſt, adolevit, crevit, excrevit, incrementum cepit, magnus, multus fuit. *Hebr.* רָבָה, *Chald.* רְבָא, *Sam.* ࠓࠁࠄ רבה, *Arab.* رَبَا רְבָא. Crevit, *Marc.* 4: 8. ܪܒܬ *f.* crevit, *Matt.* 13: 32. *Luc.* 13: 19. *Benoni* ܪܒܐ *m.* creſcens, *Luc.* 1: 80. 2: 40. 52. *Eph.* 2: 21. *Col.* 2: 19. *Fœm.* ܪܒܝܐ creſcens, *Act.* 6: 7. Incrementum capiens, *cap.* 12: 24. Creſcens, *Col.* 1: 6. *Plur. maſc.* ܫܒܘܩܘ ܪ̈ܒܝܢ ſinite creſcere, *Matt.* 13: 30; *eſt hîc participium pro infinitivo: vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 416.

Plur. fœm. ܪ̈ܒܝܢ creſcentia *lilia*, *Matt.* 6: 28. *Luc.* 12: 27.

Infinit. ܠܡܪܒܐ creſcere, *Joh.* 3: 30. *Futur.* ܢܪܒܐ *m.* creſcat, *Marc.* 4: 27.

4: 27. *Eph.* 4: 15. ܬܶܪܒܽܘܢ *m.* creſcatis, *Col.* 1: 10.
Paël ܪܰܒܺܝ *m.* Creſcere fecit, auxit, aluit, educavit, nutrivit, enutrivit. Creſcere fecit, 1 *Cor.* 3: 6. ܪܰܒܝܰܬ *f.* educavit, 1 *Tim.* 5: 10. ܪܰܒܝܳܬܶܗ educavit eum, *Act.* 7: 21. *Partic. præſ.* ܡܪܰܒܶܐ *m.* creſcere faciens, *cap.* 14: 16. 1 *Cor.* 3: 7. *Imperat.* ܪܰܒܰܘ *m.* educate, *Epheſ.* 6: 4 *Futur.* ܢܪܰܒܶܐ *m.* augeat, 2 *Cor.* 9: 10.
Ethpaal ܐܶܬܪܰܒܺܝ *m.* *Paſſiv præced.* Crevit. Educatus fuit, *Luc.* 4: 16. *Act.* 7: 20. ܐܶܬܪܰܒܺܝܬ *c.* educatus ſum, *cap.* 22: 3. *Partic.* ܡܶܬܪܰܒܶܐ *m.* educatus, 1 *Tim.* 4: 6. *Plur. maſc.* ܡܶܬܪܰܒܶܝܢ ܗܘܰܝܬܘܢ fuiſtis creſcentes, *i.e.*, eſtote creſcentes, creſcite, 2 *Petr.* 3: 18. *Præteritum verbi hujus ſubſtantivi, præſertim ſecunda perſona, ſæpe occurrit pro imperativo: vide ſupra pag.* 129.
Futur. ܬܶܬܪܰܒܘܢ *m.* creſcetis, 1 *Petr.* 2: 2.

ܪܶܒܺܝܬ *f.* Fœnus, uſura. *Chald.* רִבִּי. *Emph.* ܪܶܒܺܝܬܳܐ uſura, *Prov.* 28: 8. *Chald.* רִבִּיתָא. *Plur.* ܪܶܒܝܳܢ, *emph.* ܪܶܒܝܳܬܳܐ. ܪܶܒܝܳܬܶܗ uſuræ ejus *vel* ſuæ. *Matt.* 25: 27. *Luc.* 19: 23.

ܡܪܰܒܝܳܢܳܐ *m. emph.* Educator, altor; nutritius. *Nomen ex Participio Pael formatum.* Nutritius, *Prov.* 2: 17. *Fœm. emph.* ܡܪܰܒܝܳܢܺܝܬܳܐ Nutrix, obſtetrix. Nutrix, *Ruth.* 4: 16. 1 *Theſ.* 2: 7. *Plur. maſc.* ܡܪܰܒܝܳܢܺܝܢ, *emph.* ܡܪܰܒܝܳܢܶܐ. *Cum aff.* ܒܰܪ ܡܪܰܒܝܳܢܰܘܗ̱ܝ ܕܗܶܪܳܘܕܶܣ filius educatorum Herodis, *Act.* 13: 1; *affixum* πλεονάζει.

ܬܪܰܒܺܝܬܳܐ *f. emph.* Educatio; augmentum, incrementum; alimentum, *ſ. corporale, ſ. ſpirituale.* Educatio, *Gen.* 49: 22. Incrementum, *Eph.* 4: 16 *Phil.* 1: 25. Augmentum, *Col.* 2: 19.

* רָבַב *Hebr.* Multiplicatus eſt, multus, copioſus fuit. *Arab.* رَبَّ Dominus fuit, præfuit, dominium, *ac* principatum exercuit: rexit. *Æth.* ረበበ : רבב Extendit, *vel ut Arab.* *Paël quadratum* ܪܰܘܪܶܒ *m.* Magnificavit, *pro* ܪܰܒܪܶܒ, *mediâ labiali* ܒ *in labialem* ܘ *mutatâ.* 2 *Sam.* 12: 14. *Ethpaal* ܐܶܬܪܰܘܪܰܒ *m.* Magnificatus eſt, magnificavit, extulit, evexit ſe: principatum tenuit *vel* geſſit, de principatu contendit. *Chald.* אִתְרַבְרַב. *Futur.* ܢܶܬܪܰܘܪܰܒ *m.* magnificabitur, *Phil.* 1: 20. ܢܶܬܪܰܘܪܰܒ *c.* magnificabimur, 2 *Cor.* 10: 15.

ܪܰܒ *m.* Multus, magnus, major, maximus, magnificus, ſummus, amplus, grandis: Magiſter, Præceptor, Doctor: Dominus, Præfectus, Dux, Princeps. *Hebr.* רַב, & *Chald.* רַב, & *Sam.* ܪܒ רַב. *Arab.* رَبٌّ רַבָּן Dominus. Magnus, *Mat.* 11:11, *bis.* 12:6. Maximus, *c.* 18:1. Præfectus *domus, i. e.*, Oeconomus, curator, procurator, diſpenſator, *c.* 20:8. Maximum *præceptum*, *cap.* 22:36. Maximus, *c.* 23:11. Summus *Sacerdotum*, *c.* 26:51. *Marc.* 2:26. Princeps *Synagogæ*, Archiſynagogus, *cap.* 5:35. 36. 38. Præfectus *domus*, *Luc.* 8:3. 12:42. 16:1. 2. 3. 8. Magiſter *publicanorum*, *cap.* 19:2. Præfectus *domus civitatis*, *i. e.*, quæſtor, *Rom.* 16:23. Præfectus *exercitus*, 2 *Cor.* 11:32. Præfectus *domus Dei*, *Tit.* 1:7. Summus *Sacerdotum*, Pontifex, *Hebr.* 2:17. 3:1. 4:14. 15. *&c. vide etiam ſupra pag.* 269. 270. Princeps *paſtorum*, 1 *Petr.* 5:4.

Emph. ܪܰܒܳܐ magnus, maximus, *Mat.* 20:26. Maximum *præceptum*, *cap* 22:38. Magnus *terræ motus*, *cap.* 28:2. Maximus, *Hebr.* 4:14. Magnus *dies*, *Jud. v.* 6. Magna *vox*, *Apoc.* 1:10. *Afflictio*, *cap.* 2:22. *Vox*, *cap.* 5:2. 12. Magnus *gladius*, *cap.* 6:4. Magna *vox*, *v.* 10. Magnus *terræ motus*, *v.* 12. Magnus *dies*, *v.* 17. Magna *vox*, *cap.* 7:2. 10. *Afflictio*, *v.* 14. *Vox*, *c.* 8:13. Magnus *fluvius*, *c.* 9:14. Magna *vox*, *cap.* 10:3. 11:12. Magnus *terræ motus*, *v.* 13. Magnum *robur*, *v.* 17. Magna *grando*, *v.* 19. Magnus *draco*, *c.* 12:3. 9. Magna *vox*, *v.* 10. *Aquila*, *v.* 14. *Poteſtas*, *cap.* 13:2. Magnum *tonitru*, *cap.* 14:2. Magna *vox*, *verſſ.* 7. 9. 15. Magnus *dies*, *v.* 19. Magna *vox*, *cap.* 16:1. Magnus *æſtus*, *v.* 9. *Fluvius*, *v.* 12. *Dies*, *v.* 14. Magna *vox*, *v.* 17. Magnus *terræ motus*, *v.* 18, *bis.* Magna *admiratio*, *c.* 17:6. *Poteſtas*, *cap.* 18:1. *Vox*, *cap.* 19:1. 17. Magnus *thronus*, *cap.* 20:11. Magna *vox*, *cap.* 21:3. Magnus *mons*, *v.* 10. *Murus*, *v.* 12.

ܪܰܒܝ Rabi, Magiſter meus, *Mat.* 8:19. 23:7. 8. 26:25. 49. *Mar.* 9:5. 10:51. 11:21. 14:45, *bis.* *Joh.* 1:49 *a.* 50. 3:2.

ܪܰܒܟ݂ܽܘܢ Magiſter veſter, *Matt.* 9:11. 23:8. ܪܰܒܰܢ Magiſter noſter, *Marc.* 4:38. *Joh.* 1:38 *a.* 39. 3:26. 4:31. 6:25. 9:2. 11:8. 13:13.

Fœm. ܪܰܒܳܐ maximum *teſtimonium*, 1 *Joh.* 5:9. Magnum *gaudium*, 3 *Joh.* *v.* 4. *Emph.* ܪܰܒܬܳܐ magnum *gaudium*, *Mat.* 2:10. Magnus *lapis*, *cap.* 27:60. *Ventus*, *Apoc.* 6:13. Magna *urbs*, *cap.* 11:8. Magnus *timor*, *v.* 11. Magnum *ſignum*. *cap.* 12:1. Magna *ira*, *v.* 12. *Babel*, *cap.* 14:8. *Clamor* magnus, *v.* 18. Magnum *ſignum*, *cap.* 15:1. Magna *urbs*, *cap.* 16:19. *Babel*, *ibid.* *Plaga*, *v.* 21. *Meretrix*, *cap.* 17:1. *Babel*, *v.* 5. *Urbs*, *v.* 18. *Babel*, *cap.* 18:2. 10. *Civitas*, *verſſ.* 16. 18. 19. Magnus *lapis*, *v.* 21. Magna *civitas*, *ibid.* *Meretrix*, *cap.* 19:2. *Cœna*, *v.* 17. *Catena*, *cap.* 20:1.

Conſtr. ܪܰܒܰܬ ܒܰܝܬܽܘܬܳܐ Oeconomia, diſpenſatio, *Luc.* 16:2. 3. 4. 1 *Cor.* 9:17. *vide & ſupra pag.* 59.

Plur. maſc. ܪܰܒܺܝܢ. *Emph.* ܪܰܒܶܐ. *Conſtr.* ܪܰܒܰܝ Principes, Præfecti *Sacerdotum*, *Matt.* 2:4. 27:6. 20. 62. *Luc.* 22:4. Præfecti *domuum*, *i. e.*, Oeconomi, diſpenſatores, curatores, procuratores. 1 *Cor.* 4:1. 2. *Gal.* 4:2. 1 *Petr.* 4:10.

Plur. fœm. ܪܰܒܳܢ. *Emph.* ܪܰܒܳܬܳܐ. *Conſtr.* ܪܰܒܳܬ.

ܪܰܘܪܒ *m.* Idem. *Emph.* ܪܰܘܪܒܳܐ magnificus *ſermo*, 1 *Cor.* 2:1.

Magna

Magna *grando*, *Apoc.* 16: 21. *Plur. maſc.* ܪ̈ܘܪܒܝܢ, *Chald.* רַבְרְבִין· Magni, 2 *Petr.* 2: 11. *Emph.* ܪ̈ܘܪܒܐ *m.* magna *ædificia*, *Marc.* 13: 2. Magni *terræ motus*, *Luc.* 21: 11. Magnæ *tempeſtates*, *ibid.* Magni *piſces*, *Joh.* 21: 11. Proceres, *Act.* 8: 10. Magnæ *virtutes*, *v.* 13. *cap.* 19: 11. Magni *honores*, *cap.* 28: 10. Maximæ *cognitiones*, 2 *Petr.* 1: 4; *vide hîc var. Lect.* Magni, *Apoc.* 11: 18. 13: 16. Magna *opera*, *cap.* 15: 3. Magni, *cap.* 19: 5. 18. 20: 12.

Plur. fœm. ܪ̈ܘܪܒܢ magna, *Joh.* 1: 50 *a.* 51. *Emph.* ܪ̈ܘܪܒܬܐ magna *ſigna*, *Matt.* 24: 24. Magni *rami*, *Marc.* 4: 32. Magna, *Luc.* 1: 49. 21: 11. Ampliora *dona*, 1 *Cor.* 12: 31. Magna, *Apoc.* 13: 5.

* شَرَحَ שרח *Arab.* Coivit *cum virgine*, vitiavit *eam.* *Ethpaal* ܐܫܬܪܚ *m.* Exarſit, prurivit libidine; laſciviit, luxuriatus eſt, intemperans fuit. ܐܫܬܪܚܘ *m.* libidinoſè exarſerunt, *Rom.* 1: 27. *Jud. v.* 11. Partic. ܡܫܬܪܚ ܒܗ *m.* luxurians in ea, *nim. ebrietate*, *Prov.* 20: 1. ܡܫܬܪܚܝܢܬܘܢ laſciviatis, 1 *Petr.* 4: 4; *ex* ܡܫܬܪܚܝܢ *m.* laſcivientes & ܐܢܬܘܢ vos *vel* ſitis *compoſitum.*

ܫܪܟ *m.* Reſtare, reliquus, reſiduus fuit, ſuperfuit.

ܫܪܟܐ Reliquum, reſiduum, reliquiæ. *Cum verbis vel participiis pluralibus maſculinis conſtructum vertitur*, reliqui, cæteri; *cum fœmininis*, reliquæ, cæteræ. *Sever. in Rit. pag.* 104 *lin.* 5 *exprimens locum ſcripturæ, ſed non plenariè allegatum, utitur hoc nomine* ܘܫܪܟܐ & reliquum, &c. *quod Hebræi per* וגו' *decurtatè, pro* וְגוֹמֵר & complens, *i. e.*, & cætera, *exprimunt. Chald.* שְׁרָכָא יְהוּדָאֵי reliquiæ Judæorum, reliqui Judæi, *Eſth.* 9: 16 *in Targum ſecundo.* *Mat.* 22: 6. 27: 49. *Mar.* 4: 19. 16: 13. *Luc.* 8: 10. 12: 26. 18: 11. 24: 9. 10. *Act.* 2: 37. 27: 44. *Rom.* 1: 13. 1 *Cor.* 7: 12. 9: 5. 11: 34. 14: 29. 15: 37. 2 *Cor.* 2: 17. 13: 2. *Gal.* 2: 13. *Eph.* 2: 3. 4: 17. *Phil.* 1: 13. 4: 3. *Col.* 2: 1. 1 *Theſ.* 4: 5. 13. 5: 6. 1 *Tim.* 5: 20. *Hebr.* 11: 32. 2 *Petr.* 3: 16. *Apoc.* 2: 24. 3: 2. 8: 13. 9: 20. 11: 13. 12: 17. 19: 21.

ܫܪܟܗܘܢ reliquum eorum, *Act.* 15: 17. *Rom.* 11: 7; *in priori loco affixum* πλεονάζει.

ܫܪܟܢܐ Idem; poſteritas, *Gen.* 45: 7. *Rom.* 9: 27. 11: 5.

ܫܪܥ *m.* Lapſus eſt, erravit, peccavit, deliquit, tranſgreſſus eſt, vitium admiſit, impegit, offendit. *Chald.* שְׁרַע Lapſus eſt, cecidit, decidit. *Benoni* ܫܪܥ *m.* tranſgrediens, *Jacob.* 2: 10. 3: 2.

Ethpaal ܐܫܬܪܥ *m.* Idem. Partic. ܡܫܬܪܥܝܢ *m.* delinquentes, *Sap.* 12: 2. Impingentes, 2 *Petr.* 1: 10. ܡܫܬܪܥܝܢܢ tranſgredimur, *Jac.* 3: 2; *ex* ܡܫܬܪܥܝܢ tranſgredientes & ܚܢܢ nos *vel* ſumus *compoſitum.*

Aphel ܐܫܪܥ *m.* Labi, delinquere fecit.

ܡܫܬܪܥܢܘܬܐ

ܬܘܩܠܬܐ *f. emph.* Lapſus, erratum, delictum, tranſgreſſio, offenſa. Lapſus, *Rom.* 5: 15. *Jud. v.* 24. ܬܘܩܠܬܗ lapſus ejus, *Rom.* 5: 15.

ܫܪܪ ܫܪ *m.* Confirmatus, eventu comprobatus eſt; ſucceſſit, 2 *Sam.* 17: 23. ܫܪܬ *f.* eventu comprobaretur, *Pſal.* 105: 19. ܫܪܘ *m.* confirmati ſunt, *Act.* 3: 7.

Paël ܫܪܪ *m.* Confirmavit, corroboravit, comprobavit, ſolidavit, conſolidavit, ſtabilivit, certiorem fecit, certificavit, inſtauravit. *Partic. præſ.* ܡܫܪܪ *m.* confirmans, 2 *Cor.* 1: 21. *Tit.* 3: 8. *Plur.* ܡܫܪܪܝܢ *m.* confirmantes, *Act.* 14: 21. *Partic. præt. f. emph.* ܡܫܪܪܬܐ confirmata, certior facta; firma, ſtabilis, 2 *Petr.* 1: 10. *Plur. maſc.* ܡܫܪܪܝܢ firmi, confirmati, 1 *Cor.* 15: 58. Stabilitæ *radices*, *Col.* 2: 7. *Infinit.* ܘܠܡܫܪܪܘ ܠܬܒܝܪܐ ܒܫܘܒܩܢܐ & ad conſolidandum confractos per remiſſionem, *Luc.* 4: 18; *meliùs hîc videtur legi* ܘܠܡܫܪܪܘ & ad dimittendum, *quia Græcus Textus habet* ἀποςεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει: *vide var. Lect.* ܠܡܫܪܪܘܬܗ ad inſtaurandum id *templum*, 2 *Reg.* 12: 12. *Imperat.* ܫܪܪ *m.* confirma, *Luc.* 22: 32. ܫܪܪܘ *m.* confimate, *Hebr.* 12: 12. Corroborate, *Jac.* 5: 8. *Futur.* ܢܫܪܪܟܘܢ *m.* confirmare vos, *Rom.* 16: 25; *eſt hîc futurum cum præfixo dolath loco infinitivi.* Confirmabit vos, 1 *Cor.* 1: 8. 1 *Theſ.* 3: 2.

ܬܫܪܪܘܢ *m.* confirmetis, 2 *Cor.* 2: 8. ܢܫܪܪ *c.* confirmemus, *Hebr.* 13: 9.

Ethpaal ܐܫܬܪܪ *m.* *Paſſiv. præced. Paël.* ܐܫܬܪܪܬ *f.* confirmatum eſt *teſtimonium*, 1 *Cor.* 1: 6. *Teſtamentum*, *Gal.* 3: 15. 17. Confirmatus eſt *ſermo*, *Hebr.* 2: 2. Confirmatum fuit *teſtamentum*, *cap.* 9: 18.

ܐܫܬܪܪܬ *m.* confirmatus es, 2 *Tim.* 3: 14. ܐܫܬܪܪܘ *m.* confirmata ſunt, *Hebr.* 2: 3.

Partic. ܡܫܬܪܪܐ *f.* confirmatur, 1 *Cor.* 8: 10. *Hebr.* 9: 17.

Futur. ܢܫܬܪܪ *m.* certior factus ſit, *Rom.* 14: 5. ܬܫܬܪܪܘܢ *m.* confirmemini, *Rom.* 1: 11. Corroboremini, *Epheſ.* 3: 16. ܢܫܬܪܪ *c.* confirmemur, 1 *Petr.* 5: 10.

Aphel ܐܫܪ *m.* Idem *quod Paël.* Confirmavit, *Act.* 3: 16. Firmiter credidit, *Rom.* 4: 21. ܐܫܪܬ *f.* firmiter credidit, *Hebr.* 11: 11. *Partic. præſ.* ܡܫܪ *m.* confirmans, *Marc.* 16: *v. ult.* *Futur.* ܢܫܪ *m.* confirmaret, *Rom.* 15: 8.

ܫܪܝܪ *m.* Verus, verax, ſtabilis, firmus, rectus, ſalvus, ſanus. *Chal. & Rabb.* שְׁרִיר. *Eſt nomen Toar, formæ Peïl Peal.* Salvus, ſanus, 2 *Sam.* 18: 29. Verax, *Mat.* 22: 16. *Marc.* 12: 14. *Joh.* 8: 26. Stabilis, firma *radix*, *Eph.* 3: 17. *Emph.* ܫܪܝܪܐ *m.* verax *Deus*, *Tit.* 1: 2. Firmum *ſtabilimentum*, *Hebr.* 3: 14. Firmus *finis*, *c.* 6: 16. Verum *proverbium*, 2 *Petr.* 2: 22. Verax, 1 *Joh.* 5: 20. Verus, *Apoc.* 3: 7. 14. 6: 10. Verum *judicium*. *c.* 16: 7. Verus, *c.* 19: 11.

Fœm. ܫܪܝܪܐ verum *verbum*, 2 *Petr.* 1: 19. *Teſtimonium*, 3 *Joh.* *v.* 12. *Emph.* ܫܪܝܪܬܐ *f.* verum, veritas, *Joh.* 4: 18. 8: 40. *Act.* 21: 34. Vera *fides*, 1 *Tim.* 1: 5. 2 *Tim.* 1: 5. Verum *fundamentum*, *c.* 2: 19. Firmus *cibus*, *Hebr.* 5: 12. 14. Vera *gratia*, 1 *Petr.* 5: 12.

Plur. maſc. ܫܪܝܪܝܢ ܗܘܘ eſtote firmi, valete, *Gr.* ἔῤῥωσθε, *Act.* 15: 29. ܫܪܝܪܝܢ firmi, *Eph.* 4: 15. Vera *judicia*, *Apoc.* 19: 2. *Emph.* ܫܪܝܪܐ *m.* veri *adoratores*, *Joh.* 4: 23. Veraces, 2 *Cor.* 6: 8. Vera *vita*, 1 *Tim.* 6: 19. *Plur. fœm.* ܫܪܝܪܢ vera, *Phil.* 4: 8. *Emph.* ܫܪܝܪܬܐ veræ *viæ* *Apoc.* 15: 3. Vera *verba*, *c.* 19: 9. 21: 5. 22: 6.

ܫܪܪܐ *m. emph.* Firmitas, veritas, ſynceritas, integritas, fidelitas. Veritas, *Marc.* 12: 32. *Luc.* 4: 25. *Joh.* 1: 9. 18: 37. 38. *In* veritate, *i. e.*, verè, *Act.* 10: 34 Synceritas, 2 *Cor.* 2: 17; *Gr.* εἰλικρίνεια. Veritas, 2 *Petr.* 1: 12. 2: 2. 2 *Joh. verſ.* 1, *bis.* 2. 3. 4 3 *Joh. verſ.* 1, *bis.* 3. 4. 8. 12.

ܫܪܝܪܘܬܐ *f. emph.* Veritas, firmitas, ſoliditas, *Chald.* שְׁרִירוּתָא. *Col.* 2: 5.

ܫܪܝܪܐܝܬ Verè, rectè, firmiter. *Chald.* שְׁרִירָאִית. Verè, *Mat.* 14: 33. Firmiter, 1 *Cor.* 7: 37.

ܫܪܬܢ *vide in* ܬܢܢ.

* ששט. P*aël quadratum* ܫܘܫܛ Extendit, *à* ישט, ܝ *in* ܘ *mutato*, ܫ *pro more aſcito*, *ut* ܫܘܕܥ *eſt ab* ܝܕܥ, & ܫܘܪܕ *à* יָרַד. *Ethpaal quadratum* ܐܫܬܘܫܛ *m.* Extenſus eſt, extendit ſe. *Maſius*, προσάγομαι, provectus eſt, proceſſit, crevit, προβαίνω: *vide ejus Peculium Syrum.* Partic. ܐܢܐ ܡܫܬܘܫܛ extendor, extendo me, *Phil.* 3: 13.

* ששל. ܫܘܫܠܬܐ ܫܫܠܬܐ *f. emph.* Catena, compes, vinculum. *Chald.* שׁוּשְׁלָא, *emph.* שׁוּשַׁלְתָּא, *Talm.* שַׁלְשֶׁלֶת, [*unde* שַׁלְשֵׁל Catenavit] *ab Hebr.* שַׁרְשֶׁרֶת, *per commutationem utriuſque* ר *in* ל, *ut aliàs hæ literæ commutantur: hoc deducitur à radice* שָׁרַר Torſit, contorſit, intorſit, obtorſit, *quia catenæ ſunt factæ ex opere intorto. In Chaldæa & Syra*

voce vicaria media radicis eliſa eſt, ut ſupra in ܫܘܫܠܬܐ *& in* ܫܘܫܠܐ*: vide in* גלל. Catena, *Act.* 28: 20. *Apoc.* 20: 1. *Plur.* ܫܫܠܢ catenæ, *c.* 12: 6. 21: 33. *Emph.* ܫܫܠܬܐ catenæ, *Marc.* 5: 4, *bis. Luc.* 8: 29. *Act.* 12: 7. *Eph.* 6: 20. 2 *Tim.* 1: 16. 2 *Petr.* 2: 4.

* ששן ܫܘܫܢܬܐ *f. emph.* Lilium, roſa, flos. *Hebr.* שׁוּשַׁן & שׁוֹשַׁנָּה, *Chald.* שׁוּשַׁן, שׁוֹשַׁנָּא, *emph.* שׁוֹשַׁנְתָּא, *Arab.* سُوسَن سَوسَن שׁוֹשַׁן & سُوسَن שׁוֹשַׁן, *Gr.* σοῦσον. *R. D. Kimchi deducit à* שֵׁשׁ ſex, *quod ſex foliis conſtet; alii ab Hebr.* שִׁיר *derivant: vide Lex. Caſtel. Col.* 3664. *Plur. emph.* ܫܘܫܢܐ lilia, *Matt.* 6: 28. *Luc.* 12: 27.

ܫܬ *f.* Sex, *vel per enallagen numeri cardinalis pro ordinali* Sexta, *ab Hebr.* שֵׁשׁ, ש *poſteriori, literâ dentali, in lingualem* ܬ *pro more mutatâ*, & *Chal.* שֵׁת שִׁית שֵׁת, *Arab.* سِتّ שִׁתּ *pro* سِدْس *à* سَدَسَ Sextam exegit cepitve *ab aliis* portionem opum; Fuit ſextus *eorum*, quinque exiſtentibus ſe ſextum addidit. *Æth.* ስስ: שׁשׁ *pro* שׁדשׁ, *Gr.* ἕξ, *Teut.* ſechs/ *Belg.* ſes. Sexta *hora*, *Mat.* 20: 5. 27: 45. *Marc.* 15: 33. *Luc.* 23: 44. Sex *hydriæ*, *Joh.* 2: 6. *Anni*, *v.* 20. Sexta *hora*, *c.* 4: 6. 19: 14. Sex *animæ*, *Act.* 27: 37. Sexcenta, *Apoc.* 13: 18 [*vide & ſupra pag.* 301.] Sex, *ibid.* Sexcenta, *c.* 14: 20.

ܫܬܐ *m.* Sex, & *per enallagen numeri cardinalis pro ordinali* Sextus. *Hebr.* שִׁשָּׁה. *Chal.* שִׁתָּא. ܫܬܐ [*cui de Dieu addit etiam ſequens* ܫܬܝܢ ſexaginta] *ſi occurrit cum præfixis* ܒܘܕܠ, *præfixa hæc notantur cum Revozo, acſi eſſet ibi* ܘ *affectum* ܝ, *quod* ܘ *bis exprimitur in* ܒܫܬܐ ſexto *menſe*, *Luc.* 1: 26. 36. *Non ſolet aliàs hoc Olaph exprimi in proſa, ſed in ligata oratione: vide Gram. Amiræ pag.* 27 & *Animadv. Lud. de Dieu in Apoc.* 11: 3. *Abſque iſto Olaph & ſine præfixo invenies Matt.* 17: 1. *Marc.* 9: 2. *Luc.* 4: 25. 13: 14. *Act.* 11: 12. 18: 11. *Apoc.* 4: 8.

ܘܫܬܐ & ſex, *Jacob.* 5: 17.

ܫܬܬܥܣܪ ܫܬܬܥܣܪ *m.* Sedecim, *Act.* 12: 4. ܫܬܬܥܣܪܐ *f.* ſedecim.

Plur. ܫܬܝܢ *c.* Sexaginta. *Hebr.* שִׁשִּׁים, *Chald.* שִׁתִּין. ܕܫܬܝܢ quod ſexaginta, *Mat.* 13: 8. 23. *Mar.* 4: 8. ܒܫܬܝܢ & ſexageni, *v.* 20. *Sine præfixo reperitur Luc.* 24: 13. 1 *Tim.* 5: 9. ܘܫܬܝܢ & ſexaginta, *Apoc.* 11: 3. 12: 6. 13: 18. *De* ܝ *præfixorum* ܒܘܕܠ *vide in præcedente* ܫܬܐ.

ܫܬܝܬܝܐ *m. emph.* Sextus. *Hebr.* שִׁשִּׁי, *Chald.* שְׁתִיתַי, *emph.* שְׁתִיתָאָה,

Arab.

Arab. سادس · שאדשן · *Apoc.* 6: 12. 9: 13. 16: 12. *Fœm. emph.* ܫܬܝܬܝܬܐ ſextum *fundamentum*, *Apoc.* 21: 20.

ܫܬܐ *m.* Bibit, ebibit, imbibit, compotavit, hauſit; convivatus eſt. *In præterito & imperativo Peal non invenitur niſi cum proſtheſi literæ* ܐ, *facitque in præterito* ܐܫܬܝ *m. vide Gram.* Harm. *de Dieu pag.* 350. 351. *Hebr.* שָׁתָה, *Chald.* שְׁתָא שְׁתָה שְׁתִי, *Æth.* ሰተየ: שׁתי. ܐܫܬܝܬ *f.* bibit *terra*, *Hebr.* 6: 7; *ſic lego cum* Pariſienſi *majori & Anglicana*; *cæteræ punctatæ editiones hîc habent* ܐܫܬܝܬ, *ex forma Aphel*: *vide var. Lectiones.* ܐܫܬܝܗ bibero eum *calicem*, *Mat.* 26: 42. ܐܫܬܝܘ *m.* biberunt, *Mar.* 14: 23. *Act.* 2: 13. 1 *Cor.* 10: 4. *Apoc.* 18: 3. ܐܫܬܝܢ *c.* bibimus, *Luc.* 13: 26. Hauſimus, 1 *Cor.* 12: 13. ܐܫܬܝܢ *c.* bibimus, *Act.* 10: 41; *quod eſt tanquam ab* ܐܫܬܐ.

Benoni ܫܬܐ *m.* bibens, *Matt.* 11: 18. 19. 24: 49. *Marc.* 2: 16. 10: 39. *Luc.* 5: 39. 7: 33. 34, *bis.* *Joh.* 6: 54. 56. 1 *Cor.* 11: 27. 28. 29, *bis.*

Plur. ܫܬܝܢ *m.* bibentes, *Mat.* 24: 38. *Luc.* 5: 30. 33. 10: 7. 17: 27. 28. 1 *Cor.* 11: 25. 26.

Infinit. ܠܡܫܬܐ bibere, *Matt.* 20: 22. 27: 34. Ad bibendum, *Marc.* 15: 23. Bibere, *Luc.* 12: 45. Ad bibendum, *Joh.* 4: 9. 1 *Cor.* 10: 7. *Apoc.* 16: 6.

Imperat. Amira conjugat, ܐܫܬܝ *m.* bibe, ܐܫܬܝ *f.* bibe, [*eſt hoc Luc.* 12: 19. *in* Pariſ. *Angl. & noſtra editione; in cæteris tamen punctatis codicibus hîc legitur* ܐܫܬܝ.] ܐܫܬܘ *m.* bibite, *Mat.* 26: 27. ܐܫܬܝܝܢ *f.* bibite.

Futur. ܢܫܬܐ *m.* bibet, *Matt.* 27: 34. *Luc.* 1: 15. *Joh.* 4: 13. 14. 7: 37. *Apoc.* 14: 10. ܬܫܬܐ *m.* bibes, *Luc.* 17: 8. 1 *Tim.* 5: 23. ܐܫܬܐ *c.* bibam, *Matt.* 26: 29. *Mar.* 14: 25. *Luc.* 17: 8. 22: 18. *Joh.* 4: 7. 10.

ܐܫܬܝܘܗܝ bibam id *genimen*, *Mat.* 26: 29. *Mar.* 14: 25. Id *poculum*, *Joh.* 18: 11. ܢܫܬܘܢ *m.* bibent, *Mar.* 16: 18. *Act.* 23: 12. 21. ܬܫܬܘܢ *m.* bibetis, *Mat.* 6: 25. 20: 23. Bibere, *Marc.* 10: 38; *eſt hoc loco futurum cum præfixo dolath pro infinitivo.* Bibetis, *v.* 39. *Luc.* 12: 29. 22: 30. *Joh.* 6: 53. Bibere, 1 *Cor.* 10: 21; *eſt & hîc futurum cum præfixo dolath loco infinitivi.* Bibatis, *c.* 11: 22.

ܢܫܬܐ *c.* bibemus, *Matt.* 6: 31. *Rom.* 14: 21. 1 *Cor.* 15: 32.

Aphel ܐܫܬܝ *m.* Idem *quod Peal.* ܐܫܬܝܬ *f.* imbibit *terra*, *Hebr.* 6:7; *ſic legitur in Vienn. Tremel. Reg. Hutt. Troſt. & Gutb. editionibus; in Pariſ. autem Angl. & noſtra edit. ex conjugatione Peal: ut & ibi dictum eſt.*

ܡܫܬܘܬܐ *f. emph.* Potus, potio, compotatio, ſympoſium; convivium. *Synecdochicè* nuptiæ, convivium nuptiale, *Matt.* 22: 2. 3. 4. 8. 9. *Domus*, *locus* convivii nuptialis, *v.* 10. *Luc.* 12: 36. 14: 8. Convivium nuptiale, *Joh.* 2: 1. 2. *Apoc.* 19: 7. *Gr.* γάμος.
ܡܫܬܘܬܗ nuptiæ ejus, *Apoc.* 19: 9; *affixum hîc* πλεονάζει.

ܡܫܬܝ *m.* Idem. *Eſt formæ partic. præt. Aphel.* *Emph.* ܡܫܬܝܐ potus, *Joh.* 6: 55. 1 *Cor.* 10: 4. *Col.* 2: 16. *Hebr.* 9: 10.

* שְׁתַס *m. Chald.* Fundavit, fundamentum poſuit, jecit, firmavit. *Reſpondet* Hebræo יָסַד. *Vide de hoc verbo Buxt. Patris Lex. Chal. Talm. & Rabb. ac Buxt. Junioris* Lex. *Chald. & Syr.* *Paël* ܫܬܣ *m.* Idem.

ܫܬܐܣܬܐ *f. emph.* Fundamentum. *Chald.* שְׁתָאסָא שִׁתְאַסָּא. *Luc.* 6: 49. 14: 29. *Rom.* 15: 20. 1 *Cor.* 3: 10. 11. 12. *Eph.* 2: 20. 1 *Tim.* 3: 15. 6: 19. 2 *Tim.* 2: 19. *Hebr.* 6: 1. 11: 10. *Apoc.* 21: 19.
ܫܬܐܣܬܗ fundamentum ejus, *Luc.* 6: 48. ܫܬܐܣܬܟܘܢ veſtrum, *Eph.* 3: 17. *Col.* 1: 23. *Plur. emph.* ܫܬܐܣܐ *Luc.* 6: 48. *Apoc.* 21: 14. 19. ܫܬܐܣܘܗܝ fundamenta ejus *m.* *Matt.* 7: 25. ܫܬܐܣܝܗ ejus *f.* *Hebr.* 1: 10; *Affixum hoc in loco eſt pleonaſticum.*

* שְׁתַף *m. Chald.* Sociavit, aſſociavit, conſociavit, conjunxit. *Paël* שַׁתֵּף Idem. *Paël*, *ſeu potiùs*, *ut ita dicam*, *Pauel* ܫܘܬܦ *m.* Participem fecit, communicavit. *Partic. præſ.* ܡܫܘܬܦ *m.* communicans, *Act.* 7: 61 *a.* 8: 1.

Ethpaal, *vel potiùs Ethpaual*, ܐܫܬܘܬܦ *m.* Conſociatus, conjunctus eſt, conjunxit, adjunxit, aſſociavit ſe, conſenſit, communicavit, particeps, conſors fuit, *vel* factus eſt, commercium habuit. ܐܫܬܘܬܦܬ *c.* adjunxi me, conſenſi, *Act.* 26: 10. ܐܫܬܘܬܦܘ *m.* participes fuerunt, *Rom.* 15: 27. *Hebr.* 2: 14. ܐܫܬܘܬܦܝ *f. ad lit.* communicaverint, *Phil.* 4: 15; *in Syro textu hoc verbum genere & numero convenit cum propiore nomine* ܥܺܕܬܐ. ܐܫܬܘܬܦܬܘܢ *m.* aſſociaſtis vos, 2 *Cor.* 9: 13. Communicaſtis *afflictionibus meis*, *Phil.* 4: 14. Conſortes fuiſtis, *Hebr.* 10: 33.
Partic. ܡܫܬܘܬܦ *m.* particeps fit, 2 *Joh.* *v.* 11. Plur. ܡܫܬܘܬܦܝܢ *m.* communicantes *in oratione*, *Act.* 2: 42. Aſſociantes ſe, *Rom.* 1: 32. *Eſtote* participes *indigentiæ ſanctorum*,

ſanctorum, c. 12: 13. Commercium habentes *cum operibus tenebrarum*, *Eph.* 5: 11. Conſortes facti, 1 *Petr.* 4: 13.

Infinit. ܠܡܫܬܘܬܦܘ ad communicandum, 1 *Tim.* 6: 18.

Futur. ܢܫܬܘܬܦ *m.* communicabit, *Gal.* 6: 6. ܬܫܬܘܬܦ *m. neque* communices *peccatis alienis*, 1 *Tim.* 5: 22. ܐܫܬܘܬܦ *c.* fiam particeps, *Phil.* 3: 10. ܢܫܬܘܬܦܘܢ *m.* conſociarentur, *Mat.* 1: 18. Conſortes fierent, 2 *Cor.* 8: 4. ܬܫܬܘܬܦܘܢ *m.* participes fieri, 1 *Cor.* 10: 21; *eſt hîc futurum cum præfixo dolath loco infinitivi. Neque* communicaveritis *primis illis concupiſcentiis*, 1 *Petr.* 1: 14. *Ut non* participes fiatis *peccatorum ejus*, *Apoc.* 18: 4.

ܢܫܬܘܬܦ *c.* participes fiamus *ſanctimoniæ ipſius*, *Hebr.* 12: 10.

ܫܘܬܦܐ *m. emph.* Socius, ſodalis, particeps, conſors, amicus. *Chald.* שׁוּתָּף. Particeps, *Rom.* 11: 17. 1 *Cor.* 9: 23. Socius, 2 *Cor.* 8. 23. Conſors, *Philem. v.* 17. 1 *Petr.* 5: 1. *Apoc.* 1: 9.

Plur. ܫܘܬܦܝܢ participes, 2 *Cor.* 1: 7, *bis.* *Emph.* ܫܘܬܦܐ ſocii, *Mat.* 23: 30. Participes, *Luc.* 5: 10. 1 *Cor.* 10: 18. Conſortes, *v.* 20. Participes, *Eph.* 3. 6. Conſortes, *c.* 5: 7.

ܫܘܬܦܝ conſortes mei *eſtis in gratia* *Philip.* 1: 7.

ܫܘܬܦܘܬܐ *f. emph.* Societas, ſodalitium, communio, communicatio, participatio, conſortium, amicitia, commercium; conſuetudo, concubitus. *Chald.* שׁוּתָּפוּתָא. Concubitus, *Rom.* 9: 10. Communicatio, *c.* 15: 26. 1 *Cor.* 1: 9. Communio, *c.* 10: 16. Conſortium, 2 *Cor.* 6: 14. Communio, *c.* 13: 13. Societas, *Gal.* 2: 9. Communio, *Phil.* 2: 1. Communicatio, *Philem. v.* 6. *Hebr.* 13: 16. Communio, 1 *Joh.* 1: 3. 6. 7. *Et in nono articulo Symboli Apoſtolici.*

ܐܫܘܬܦ Utinam, 2 *Cor.* 11: 1. *Vide & in litera* ܐ.

ܫܬܩ *m.* Siluit, tacuit, conticuit, quievit, tranquillus fuit. *Hebr.* שָׁתַק, *Chald.* שְׁתַק, *Sam.* ࠔࠕࠒ שתק. Siluiſſet, *Luc.* 5: 4. ܫܬܩܘ *m.* ſiluerunt, tacuerunt, conticuerunt, *Luc.* 9: 36. 14: 4. 20: 26. *Act.* 15: 12. 13.

Peïl ܫܬܝܩ *m.* ſilens, tacens; tacitus, mutus. Silens, tacens, *Matt.* 26: 62. *Marc.* 14: 61. Mutus, *Luc.* 1: 20. Silens, *Act.* 8: 32.

Plur. maſc. ܫܬܝܩܝܢ ſilentes, *Marc.* 3: 4. 9: 34. *Plur. fœm.* ܫܬܝܩܢ tacentes, 1 *Cor.* 14: 34.

Futur. ܢܫܬܘܩ *m.* ſilebit, *Marc.* 10: 48. *Luc.* 18: 39. 1 *Cor.* 14: 28. 30. ܬܫܬܘܩ *m.* tacebis, *Act.* 18: 9. ܢܫܬܩܘܢ *m.* tacebunt, *Mat.* 20: 31. *Luc.* 19: 40.

Paël ܫܰܬܶܩ m. Tacere, ſilere fecit, ſilentium impoſuit, obthuravit os; perire fecit, diſperdidit. Silentium impoſuiſſet, *Matt.* 22:34. ܫܰܬܩܳܢ ſilere, *i.e.*, perire fecit nos, *Jer.* 8:14. *Futur.* ܐܶܫܰܬܶܩ *c.* ſilere faciam, *i.e.* diſperdam, *Pſal.* 18:41.
Ethpaal ܐܶܫܬܰܬܰܩ *m.* Obmutuit, conticuit; ceſſavit. Obmutuit, *Matt.* 22:12. *Futur.* ܢܶܫܬܰܬܩܽܘܢ *m.* ceſſabunt *linguæ*, 1 *Cor.* 13:8; *Gr.* παύσονται.

ܫܶܬܩܳܐ *m. emph.* Silentium, *Apoc.* 8:1. *in Pariſ. & Angl. edit. & Caſtelli Lex. legitur* ܫܶܬܩܳܐ.

ܬ

ܬܐܕܘܪܘܣ *vide* ܬܐܘܕܘܪܘܣ.

* תָּאַם *m. Hebr.* Geminus fuit, congeminatus eſt. *Arab.* تَأَمَ תָּאַם Socium habuit in partu *fratrem.* *Aphel* ܐܰܬܐܶܡ *m.* Geminavit, geminificavit, geminos peperit. *Hebr.* הִתְאִים & *Arab.* أَتْأَمَ אַתְאֵם Idem.
Partic. pl. fœm. ܡܰܬܐܡ̈ܳܢ geminificantes, *Cantic.* 6:5. ـ *eſt ad primam radicalem ob ſecundam* ܐ: *vide ſimilia ſuprà in* ܢܳܦܶܩ & ܡܳܦܶܩ.

ܬܳܐܡܳܐ *m. emph.* Gemellus. *Hebr.* תְּאוֹם, *Chald.* תְּאוֹם תְּיוֹם, *emph.* תְּאוֹמָא תְּיוֹמָא. *Arab.* تَوْأَم تَوْم تُؤَم تِئْم qui cum altero natus eſt. *Joh.* 20:24. 21:2. *Plur. emph.* ܬܳܐܡ̈ܶܐ Gemini, gemelli, *Act.* 28:11. *Per hos gemellos intelliguntur Caſtor & Pollux, Jovis filii, ambo Ethnicorum Dii, Gr.* Διόσκουροι.

* ܬܐܢ ܬܶܐܢܬܳܐ ܬܺܐܢܳܐ *f. emph.* Ficus, *fructus & arbor.* *Hebr.* תְּאֵנָה, *Chald.* תְּאֵנָא תִּינָא, *emph.* תְּאֵנְתָא תִּינְתָא. ܬܺܐܢܳܐ ficus *arbor*, *Matt.* 21:19, *bis.* 20.21. 24:32. *Marc.* 11:13.20.21. 13:28. *Luc.* 13:6.7. Ficus *ſylveſtris*, *c.* 19:4. Ficus *arbor*, *c.* 21:29. *Joh.* 1:48*a.* 49.50 *a.* 51. *Jacob.* 3:12. *Apoc.* 6:13.
Plur. emph. ܬܶܐܢ̈ܶܐ ficus, *fructus*, *Mat.* 7:16; *vide var. Lectiones. Marc.* 11:13. *Luc.* 6:44. *Jacob.* 3:12.

* תָּאַר *m. Hebr.* Efformatus, deſignatus fuit; definivit, delineavit. *Piël* תֵּאֵר *m.* Idem. *Rabb.* תֵּיאֵר Idem. Deſcripſit, denominavit. *Pyhal* תֹּאַר *m.* Formatus, deſcriptus, denominatus eſt.

Part.

Part. מְתוֹאָר *m.* denominatus. *Hithpa. Rabb.* הִתְאֵר *m.* Idem. *Syr. Ethp.* ܐܬܬܐܪ *m.* Terminatus, determinatus eſt.

תֹּאַר *m. Hebr.* forma, ſpecies, delineatio. *Rabb.* שֵׁם הַתּוֹאַר Nomen formale, concretum, adjectivum, nomen denominans: *ut,* רְאוּבֵן חָכָם; *hîc* רְאוּבֵן *eſt* שֵׁם הַמְּתוֹאָר nomen denominatum, & חָכָם *eſt* שֵׁם הַתּוֹאַר nomen adjectivum. תואר *Rabbinis etiam eſt nomen appellativum & commune, quomodo opponitur nomini proprio quod vocant* שֵׁם הָעֶצֶם.

ܬܐܘܪܢ *vide* ܬܐܪ.

ܬܐܪܬܐ *f. emph.* Conſcientia, *quaſi forma mentibus impreſſa.* Conſcientia *bona*, *Act.* 23: 1. *Pura*, *c.* 24: 16. Conſcientia, 1 *Cor.* 10: 25. 28. 29. *Bona*, 1 *Tim.* 1: 5. 19. *Pura*, *c.* 3: 9. *Bona*, *Hebr.* 13: 18. *Pulchra*, 1 *Petr.* 2: 19. *Bona*, *c.* 3: 16. *Pura*, *v.* 21. ܬܐܪܬܗ conſcientia ejus, 1 *Cor.* 8: 10. *Hebr.* 9: 9. ܬܐܪܬܢ conſcientia noſtra, *Rom.* 13: 5. *Hebr.* 9: 14. ܬܐܪܬܗܘܢ conſcientia eorum *vel* ſua, *Rom.* 2: 15. 1 *Cor.* 8: 7. 1 *Tim.* 4: 2. *Tit.* 1: 15; *hoc in loco in Viennenſi editione ad priorem literam Thau eſt Revozo. Hebr.* 10: 2.

ܬܒܝܠ תבל *f.* Orbis, terra habitabilis. *Hebr.* & *Chald.* תֵּבֵל *Rom.* 10: 18; *Gr.* τῆς οἰκουμένης.

تبن תֶּבֶן *Arab.* Stramine nutrivit *animal*, pro pabulo ſtramen præbuit; vendidit ſtramen.

ܬܒܢܐ *m. emph.* Stramen, palea. *Hebr.* תֶּבֶן, *Chald.* תִּבְן, *emph.* תִּבְנָא, *Arab.* تِبْن תִּבְן, تِبْنٌ תִּבְנֻן. Palea, *Matt.* 3: 12. *Luc.* 3: 17.

ܬܒܥ *m.* Quæſivit, inquiſivit, requiſivit, repetiit, exegit, popoſcit, poſtulavit, interrogavit; & *ſpeciliater*, exegit pœnam, vindicavit, ultus eſt. *Chald.* תְּבַע. Ultus eſt, *Apoc.* 19: 2. ܬܒܥܗ ultus eſt eum, *Act.* 7: 24. *Benoni* ܬܒܥ *m.* exigens, *Matt.* 25: 27. *Luc.* 19: 23. Quærens, 1 *Petr.* 3: 15. Ulſciſcens, *Apoc.* 6: 10. *Plur.* ܬܒܥܝܢ *m.* quærentes, *Luc.* 12: 20. Ulciſcentes, *Rom.* 12: 19. *Imperat.* ܬܒܘܥܝܢܝ vindica me, *Luc.* 18: 3. *Futur.* ܬܬܒܥ *m.* repetas, *Luc.* 6: 30. ܐܬܒܥܝܗ vindicabo eam, *c.* 18: 5. ܢܬܒܥܘܢ *m.* quærent, *Luc.* 12: 48. ܬܬܒܥܘܢ *m.* quæratis, *c.* 3: 13.

Ethpeel

Ethpeel ܐܬܬܒܥ *m. Paſſiv. præced.* *Partic.* ܡܬܬܒܥ *m.* requiretur, *Luc.* 11: 51. *Futur.* ܢܬܬܒܥ *m.* requiratur, *v.* 50. Quæretur, *c.* 12: 48.

ܬܒܘܥܐ *m. emph.* Ultor, vindex. *Rom.* 13: 4. 1 *Theſ.* 4: 6.

ܬܒܥܬܐ *f. emph.* Ultio, vindicta. *Luc.* 18: 7. 21: 22. 2 *Cor.* 7: 11. 2 *Theſ.* 1: 8. *Hebr.* 10: 30. 1 *Petr.* 2: 14.

ܬܒܥܬܗܘܢ ܢܥܒܕ faciet vindictam eorum, *Luc.* 18: 8.

ܬܒܪ *m.* Fregit, confregit, diffregit, effregit, perfregit, contrivit, diſrupit, perrupit. *Chald.* תְּבַר, *Sam.* ࠕࠁࠓ תבר, [*Arab.* تبر תְּבַר Interiit, periit, *Conjug.* II. fregit in partes & exitio dedit.] *Hebr.* שָׁבַר, *Schin dentali pro more in lingualem Thau mutatâ.*

Peïl ܬܒܝܪ *m.* fractus, confractus, contritus, *emph.* ܬܒܝܪܐ. *Plur. emph.* ܬܒܝܪܐ confracti, *Luc.* 4: 18 *a.* 19. *Conſtr.* ܬܒܝܪܝ ܠܒܐ contriti corde, *v.* 18. *Futur.* ܢܬܒܪ *m.* confringet, *Matt.* 12: 20.

Ethpaal ܐܬܬܒܪ *m. Paſſiv. præced.* *Futur.* ܢܬܬܒܪ *m.* frangetur, *Joh.* 19: 36.

Paël ܬܒܪ *m.* Idem *quod Peal.* ܬܒܪܘ *m.* fregerunt, *Joh.* 19: 32. 33. *Partic. præſ.* ܡܬܒܪ *m.* frangens, *Marc.* 5: 4.

* תגג ܐܬܬܓܓ Coronatus fuit. *Bar. Bahlul.*

ܬܓܐ ܬܓܐ *m. emph.* Corona, diadema. *Chald.* תָּג, *emph.* תָּגָא. *Boderianus in Lex. Chald. & Syr. habet* תָּג, *emph.* תָּגָא *idem quod* כתר & כלילא. תָּגָא *Rabbinis etiam ſignificat* Apicem ſ. virgulam *ornatus cauſâ ſupra literas notatam.* *Plur. emph.* ܬܓܐ *Apoc.* 12: 3. 13: 1. 19: 12. *Gr.* διαδήματα.

ܬܓܪ *m.* Negotiatus, mercatus, negotiando lucratus eſt, mercaturam tractavit, exercuit, lucrifecit. *Chald.* תַּגַּר, *Sam.* ࠕࠂࠓ תגר, *Arab.* تجر תַּגַּר. *Ethpeel* ܐܬܬܓܪ Idem. *Paël* ܬܓܪ *m.* Idem. *Ethpaal* ܐܬܬܓܪ *m.* Idem. Negotiatus eſt, *Mat.* 25: 16. Negotiando lucratus eſt, *v.* 17. *Luc.* 19: 15. ܐܬܬܓܪܬ *c.* negotiando lucratus ſum, *Matth.* 25: 20. 22. *Partic.* ܡܬܬܓܪܝܢܢ mercabimur, *Jacob.* 4: 13; *conſtat ex* ܡܬܬܓܪܝܢ *m.* mercantes & ܚܢܢ nos *vel* erimus.

Imperat.

Imperat. ܐܬܬܓܪܘ *m.* negotiamini, *Luc.* 19: 13. *De Dieu hunc Imperativum ad conjugationem Ethpeel refert in Gram. Harm. pag.* 215.
Futur. ܢܬܬܓܪܘܢ ܒܟܘܢ *m.* negotiabuntur vos, 2 *Petr.* 2: 3.

ܬܐܓܘܪܬܐ *f.* Negotiatio, mercatura, quæſtus, lucrum, ſtipendium; *item*, negotium, opus, *in quo quis occupatur. Emph.* ܬܐܓܘܪܬܐ quæſtus *ſ.* negotium, *Luc.* 12: 58; *vide Commentarium de Dieu in hunc locum.* Negotiatio, mercatura, *Job.* 2: 16. Quæſtus, lucrum, *Act.* 16: 16. Stipendium, *Rom.* 6: 23. Quæſtus, lucrum, 1 *Tim.* 6: 5. *Conſtr.* ܬܐܓܘܪܬ. *Cum aff.* ܬܐܓܘܪܬܗ negotiatio ſua, *Mat.* 22: 5. ܬܐܓܘܪܬܗܘܢ quæſtus ipſorum, *Act.* 16: 19. ܬܐܓܘܪܬܢ quæſtus noſter, *c.* 19: 25. 1 *Tim.* 6: 6. *Plur.* ܬܐܓܖ̈ܢ, *emph.* ܬܐܓܖ̈ܬܐ, *conſtr.* ܬܐܓܖ̈ܬ. *Hoc ipſum nomen, ut & antecedens Ethpeel, ſ. & Ethpaal, Boderianum, Crineſium, Schindlerum, Buxtorfium, Caſtellum, & Gutbirium ſecuti, etiam retulimus ad radicem* ܐܓܪ.

ܬܐܓܪܐ *m. emph.* Negotiator, mercator. *Chald.* תַּגָּר, *emph.* תַּגָּרָא. *Mat.* 13: 45. *Plur. emph.* ܬܐܓܖ̈ܐ *Apoc.* 18: 3. 11. 14. 23.

ثدأ תְּדָא *Arab.* Rigavit, madefecit.

ܬܕܝܐ *m. emph.* Uber, mamma, & *viri* & *fœminæ. Hebr.* שַׁד, [*à* שָׁדַד Humorem *ſ.* lac legit in mammis *ſ.* uberibus: *Avenarius.*] *Schin pro more in Thau mutato. Chald.* תַּד, *emph.* תַּדְיָא, *Arab.* ثَدْيٌ תַּדִין & ثُدِيٌّ תְּדִין, *Gr.* τιτθὸς τίτθη τιτθὴ τιτθίον. *Plur.* ܬܕ̈ܝܢ. *Emph.* ܬܕ̈ܝܐ ubera, *Luc.* 11: 27. 23: 29. ܬܕ̈ܝܗܝܢ mammæ ſuæ, *Apoc.* 1: 13.

תְּהָא *m. Chald.* 1 Pœnituit, pœnitentiâ ductus fuit, doluit ob facta priora. 2 Stupuit, obſtupuit, miratus, admiratus eſt valde & cum ſtupore. 3 Vaſtus, rudis, inanis, informis, nihil & nullius uſus fuit. 4 Odoratus eſt, odorando guſtavit, deguſtavit, *ut vini bonitas, vel pravitas odore percipiatur*, exploravit. *Paël* ܬܗܝ *m.* Idem. *Item*, Tardavit, cunctatus, moratus eſt, diſtulit; Serotinus fuit.

ܬܘܗܝܐ Dilatio, mora, procraſtinatio, *Act.* 25: 17.

ܬܗܘܡܐ *Gr.* Ἄβυσσος, abyſſus. *Apoc.* 11: 7. 17: 8. *vide & ſupra in* תהום.

ܬܗܪ *m.* Miratus, admiratus eſt, ſtupuit, obſtupuit, perculſus eſt admiratione. Admonuit. ܬܗܪܘ *m.* admirati ſunt, *Mat.* 21 : 20. *Act.* 4 : 13. Obſtupuerunt, *c.* 10 : 45. *Peïl* ܬܗܝܪ *m.* mirabundus, obſtupefactus, *Act.* 3 : 11. *Plur.* ܬܗܝܪܝܢ *m.* obſtupeſcentes, *Mat.* 7 : 28. Perculſi, *c.* 19 : 25. Stupeſcentes, *Marc.* 6 : 51. Stupefacti, *Act.* 2 : 7. *Futur.* ܢܬܗܪܘܢ *m.* mirarentur, *Matt.* 13 : 54.

Aphel ܐܬܗܪ *m.* Mirari, admirari fecit.

ܬܗܪܐ *m. emph.* Admiratio, ſtupor, *Marc.* 16 : 8.

ܬܘ Thau, *nomen ultimæ literæ Alphabethi Syriaci.* *Apoc.* 1 : 8. 21 : 6. 22 : 13.

ܬܘܐ *m.* Pœnituit, reſipuit, pœnitentiam egit, retractavit. *Benoni fœm.* ܬܘܝܐ pœnitens, 2 *Cor.* 7 : 8, *bis.* *Futur.* ܬܬܘܐ *f.* pœnitentiam ageret, *Apoc.* 2 : 21 ; *vide var. Lect.*

Ethpeel ܐܬܬܘܝ *m.* Pœnituit, reſipuit, *Mat.* 21: 29. Pœnituit, *c.* 27 : 3. ܐܬܬܘܝܘ *m.* reſipuerunt, *Apoc.* 16 : 9. 11. ܐܬܬܘܝܬܘܢ *m.* reſipuiſtis, *Mat.* 21: 32. P*artic. plur. maſc.* ܡܬܬܘܝܢ reſipiſcentes, *Jud. v.* 23. *Infinit.* ܠܡܬܬܘܝܘ reſipiſcere, *Apoc.* 2 : 21. *Imperat.* ܐܬܬܘܐ *m.* reſipiſce, *Apoc.* 2 : 5. 15. 3 : 3. 19. *Lud. de Dieu dicit, ſe non incidiſſe unquam in Imperativum Ethpeel formæ* ܐܬܬܘܝ, *cum tamen ipſe in locis modò citatis eam formam exhibeat in ſua Apocalypſeωs editione, quam Gutbirius & ego ſecuti ſumus;* P*ariſ. & Angl. in iiſdem locis legunt* ܐܬܬܘܝ, *quæ forma regularis eſt juxta Amiram & Gabrielem Sionitam, quos Cl. de Dieu ſequitur in Gram. Harm. pag.* 324. 325. *Futur.* ܢܬܬܘܘܢ *m.* reſipiſcent, *Apoc.* 2 : 22.

ܬܐܛܪܘܢ *Gr.* Θέατρον theatrum, ſpectaculum. Theatrum, *Act.* 19 : 29. 30. 31. Spectaculum, 1 *Cor.* 4 : 9 ; *hoc in loco legitur* ܬܐܛܪܘ. *Scribitur aliàs quoque* ܬܝܐܛܪܘܢ. *Chald. & Rabb.* תֵּיאַטְרוֹן תִּיאַטְרוֹ תֵּיאַטְרוֹן.

ܬܘܢܐ *m. emph.* conclave, cella, cellarium, cubiculum, penetrale, thalamus. *Chald.* תַּוָּנָא תַּוָּן תָּוָן. Conclave, *Matt.* 24 : 26. ܬܘܢܟ conclave tuum, *c.* 6 : 6. P*lur. emph.* ܬܘܢܐ conclavia, *Luc.* 12 : 3. Cellaria, *v.* 24.

ܬܝܒܘܬܐ *f. emph.* Pœnitentia, reſipiſcentia, converſio. *Conſtr.* ܬܝܒܘܬ ܢܦܫܐ ܥܒܕܐ *Tremellius vertit*, converſionem animæ operatur: *Regia*, pœnitentem animam efficit: P*ariſ. maj.* & *Angl.* pœnitentiam animæ efficit. *Mirum cur in editione* P*ariſienſi min. Guidonis Fabricii Boderiani reddatur*, fuit, *cum expreſſè ſcribatur* תוית, *non* הוית. *Eſt nomen formæ* ܩܛܠܘܬܐ, *qualia aliquoties occurrunt, ut* ܟܢܘܫܬܐ *à* ܟܢܫ, ܟܢܘܫܬܐ *à* כנשא, ܡܠܘܟܬܐ *à* ܡܠܟ, ܢܦܘܩܬܐ *à* נפקא, ܟܘܢܬܐ *à* ܟܘܢ, &c. *vide quoque ſuprà pag.* 512.

ܬܳܒ ܬܳܐܶܒ *m.* Rediit, reverſus eſt, convertit ſe, converſus eſt, reſipuit, pœnituit, pœnitentiam egit; avertit ſe, averſus, retroactus eſt, receſſit. *Chal.* תוב, תָּב. *Sam.* ࠕࠅࠁ תוב. *Arab.* تَابَ تָּאב Converſus fuit à peccatis *ad Deum.* *Hebr.* שׁוּב, *Schin pro more in Thau mutato.* ܬܳܒܘ *m.* converſi ſunt, *Matt.* 11: 20. 21. 12: 41. *Luc.* 10: 13. 11: 32. 2 *Cor.* 12: 21. *Apoc.* 9: 20. 21.

Benoni ܬܳܐܶܒ *m.* reſipiſcens, *Luc.* 15: 7. 10. Convertens ſe, *c.* 17: 3. Pœnitens *ſum*, *v.* 4. P*lur.* ܬܳܝܒܺܝܢ *m.* convertentes ſe, *Luc.* 16: 30. *Imperat.* ܬܽܘܒ *m.* reſipiſce, *Act.* 8: 22. ܬܽܘܒܘ *m.* reſipiſcite, *Matt.* 3: 2. 4: 17. *Marc.* 1: 15. *Act.* 2: 38. 3: 19.

Futur. ܢܬܽܘܒ *m.* reſipiſcat, *Act.* 17: 30. ܬܬܽܘܒ *f.* converteret ſe, *Apoc.* 2: 21. ܬܬܽܘܒ *m.* converteris te, *v.* 5. ܢܬܽܘܒܽܘܢ *m.* reſipiſcerent, *Marc.* 6: 12. *Act.* 26: 20. ܬܬܽܘܒܽܘܢ *m.* reſipueritis, *Luc.* 13: 3. 5. *Aphel* ܐܰܬܺܝܒ *m.* Redire, reverti fecit, reduxit, retulit, reportavit, repoſuit, reſtituit, reddidit, rependit: vomuit, evomuit: *cum voce* ܦܶܬܓܳܡܳܐ verbum, *ſignificat* Reſpondit, *Mar.* 12: 28. ܦܶܬܓܳܡܳܐ ܠܳܐ ܐܰܬܺܝܒܶܗ nullum verbum reddidit ei, *ſ.* non reſpondit ei quicquam, *Luc.* 23: 9. *Infinit.* ܠܡܰܬܳܒܽܘ ܦܶܬܓܳܡܳܐ reddere verbum *ſ.* reſpondere, *Col.* 4: 6. *Futur.* ܐܰܬܺܝܒܳܟ evomam te, A*poc.* 3: 16.

ܬܽܘܒ Ampliùs, rurſum, iterum, denuo, adhuc, deinceps, ulteriùs, præterea, atque adeo. & *Chald.* תוב, & *per apocopam* תו. Rurſum, *Mat.* 4: 7. 8. 5: 33. 26: 42. 43. *Joh.* 3: 4. Præterea, atque adeo, 1 *Cor.* 6: 6. Denuo, 2 *Cor.* 13: 2. 2 *Petr.* 2: 20. Ampliùs, *Apoc.* 3: 12. Adhuc, *c.* 6: 11.

ܬܘܒܳܐ *m. emph.* Vomitus, *quaſi cibi reverſio, aut ejus ex ſtomacho reductio.*

reductio. Chald. תִּיוּבָא. ܠܬܝܘܒܗ ܐܝܟ ad vomitum ſuum, *Prov.* 26: 11. *2 Petr.* 2: 22.

ܬܝܘܒܬܐ *f. emph.* Reverſio, converſio, pœnitentia, reſipiſcentia. *Chald.* תִּיוּבָא תְּיוּבָא, *emph.* תְּיוּבְתָּא. Converſio, *Matt.* 3: 8. 11. *Marc.* 1: 4. *Luc.* 3: 3. 8. *2 Petr.* 3: 9.

ܬܘܗ *m.* Stupuit, obſtupuit, turbatus, conturbatus, miratus, admiratus, demiratus eſt. *Chald.* תְּוַהּ pavit, expavit, trepidavit, territus eſt, tremuit. ܬܘܗܘ *m.* ſtupuerunt, *Marc.* 9: 15. *Futur.* ܬܬܘܗܘܢ *m.* obſtupeſcatis, 2 *Theſ.* 2: 2.
Ethpeel ܐܬܬܘܗ *m.* Pœnituit, reſipuit; ſtupuit, obſtupuit. *Partic.* ܡܬܬܘܗܝܢ *m.* obſtupeſcentes, *Judic.* 3: 26. Reſipiſcentes, *Eſth.* 8: 17.
Aphel ܐܬܘܗ *m.* Stupere fecit.
ܬܘܗܬܐ *f. emph.* Stupor, admiratio. *Luc.* 21: 25.

ܬܘܒ ܬܒ *m.* Attraxit, detraxit, *Troſtius & Caſtellus.* Removit, abſtulit, *Crineſius & Schindlerus. Hi Lexicographi, excepto Schindlero, hujus radicis futurum eſſe volunt* ܬܬܘܒ *Mat.* 9: 16; *quod Crineſius vertit* auferat: *Troſtius* detrahat: *Buxtorfius refert ad* ܢܒܬ, *& reddit* auferat, propellat: *Caſtellus & ad* ܢܒܬ *& ad* ܬܘܒ *ponit; at non convenit cum* ܢܬܘܒ *paradigmate quieſcentium ſecundâ, verùm cum* ܢܬܒ, *paradigmate defectivorum primâ radicali: vide ergo ſuprà ſuo loco.*

ܬܘܗ *m.* Stupuit, obſtupuit, demiratus eſt. *Pſal.* 88: 16. *Jeſ.* 7: 4. 15: 1. *Eccl.* 26: 34. *Peïl* ܬܘܝܗ *m.* obſtupeſcens. *Plur.* ܬܘܝܗܝܢ *m.* obſtupeſcentes, *Act.* 2: 12. 5: 24.
Aphel ܐܬܘܗ *m.* Stupere fecit, ſtupore perfudit, admirari fecit. *Jeſ.* 42: 14.

ܬܘܪܐ *m. emph.* Taurus, bos, juvencus. *Deducitur immediatè à Chaldæo* תּוֹר, *emph.* תּוֹרָא: ו *Chaldæo, in Syram diphthongum* ܘ, *quod ſæpe fit, mutato: & Chaldæum* תור *eſt ab Hebræo* שׁוֹר, *Schin literâ dentali in lingualem Thau pro more verſâ. Arab.* ثَوْرٌ תּוֹרַן, *Gr.* ταῦρος, *Lat.* taurus. Bos, *Luc.* 15: 23; *Gr.* τὸν μόσχον. 1 *Tim.* 5: 18; *Gr.* βοῦν. ܬܘܪܗ bos ejus,

ejus, *Luc.* 14: 5; *affixum hîc* πλεονάζει; *Gr.* βοῦς. *Plur. emph.* ܬܘܪܝܢ ܙܘܓܐ juga boum, *Luc.* 14: 19; *Gr.* ζεύγη βοῶν. ܬܘܪܝ tauri mei, *Mat.* 22; 4. *Gr.* ταῦροί μου.

* תות. ܬܘܬܐ *m. emph.* Morus, *arbor. Chald.* תות, *emph.* תותא. *Luc.* 17: 6. *Plur. emph.* ܬܘܬܐ.

ܬܚܡ *m.* Terminavit, determinavit, terminum conſtituit, limitavit, finivit, definivit, deſcripſit, præſcripſit. *Chald.* תְּחַם, *Arab.* تَخَمَ תָּחַם. *Paël* ܬܚܡ & *Chald.* תַּחֵם Idem.

ܬܚܘܡܐ *m. emph.* Terminus, finis, limes, confinium. *Chald.* תחום, *emph.* תְּחוּמָא. Terminus, *Mat.* 4: 13. ܬܚܘܡܗܘܢ limes eorum, *Mar.* 5: 17. *Plur. emph.* ܬܚܘܡܐ fines, *Mat.* 15: 22. ܬܚܘܡܘܗܝ fines ejus, *c.* 2: 16. ܬܚܘܡܝܗܘܢ fines ipſorum *vel* ſui, *c.* 8: 34.

* ተሐተ: תחת *Æth.* Humilis, vilis, abjectus, noviſſimus fuit. P*aël quadratum* ܬܚܬ *m.* Submiſit, ſubjecit, depreſſit. *Aſſumto* ܝ *quieſcente, ut ſuprà* ܟܪܣܡ *à* ܟܪܣ, & ܫܝܢܢ *à* שנן, *ac infra* ܬܪܣܡ *à* חרם. *Ethpaal quadratum* ܐܬܬܚܬ *m.* P*aſſiv. præced.* ܐܬܬܚܬܬ *m.* depreſſus fuiſti, *Sever. Rit. pag.* 72; *dicitur de Chriſti humiliatione. Futur.* ܬܬܚܬܝܢ *f.* deprimeris, *Mat.* 11: 23. *Luc.* 10: 15; *pro* ܬܬܬܚܬܝܢ, *ne tria Thau concurrant*: *vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 245. *Æth. Conjug.* IV. ኣተሐተ: אתחת Demiſit, ſubmiſit, depreſſit, humiliavit.

ܬܚܝܬ Sub, ſubtus, ſubter, infra, infernè, deorſum; pro, loco. *Hebr.* & *Chald.* תַּחַת, *Arab.* تَحْتَ, *Æth.* ተሐተ: תחת. ܬܚܝܬ *vel abſolutè ponitur, vel conjungitur cum affixis more nominum pluralium. Cum præfixo* ܠ ܠܬܚܬ infra, *Matt.* 2: 16. Deorſum, *c.* 4: 6. ܠܬܚܬ *cum præcedente præpoſitione* ܡܢ *valet* infrà *adverbialiter ſumptum, nullumque nomen poſt ſe admittit, ut* ܠܬܚܬ ܡܢ infrà, *Exod.* 20: 4. ܡܢ ܕܠܬܚܬ *ad lit.* ex *iis* qui infrà *ſunt, i. e.,* inferi, *Joh.* 8: 23. *Sequente verò* ܡܢ *ſe habet ut præpoſitio,* & *poſt* ܡܢ *ferè ſemper aliquod nomen vel pronomen*

men poſtulat, ut ܠܪܩܝܥܐ ܡܢ ܠܬܚܬ ſub firmamento, *Gen.* 1: 7. ܠܬܚܬ ܡܢ ܐܪܥܐ ſub terra, *Exod.* 20: 4. *Phil.* 2: 10. *Apoc.* 5: 3. 13. ܠܬܚܬ ܡܢ ܡܕܒܚܐ ſub altari, *c.* 6: 9.

ܬܚܘܬ Idem *quod* ܬܚܬ. *Chald.* תְּחוֹת. *Nominibus præponitur: & jungit ſibi affixa inſtar nominum pluralium, ut* ܬܚܘܬܝ infra me.

ܬܚܝܬ Idem. *Præponitur nominibus, & cum affixis non connectitur.* ܬܚܝܬ ܡܘܕܝܐ ſubter modium, *Mat.* 5: 15. *Marc.* 4: 21. ܬܚܝܬ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ſub pedibus ejus, *v.* 35. *vide & c.* 22: 44. ܬܚܝܬ ܡܛܠܠܝ ſub tectum meum, *c.* 8: 8. ܬܚܝܬ ܫܘܠܛܢܐ ſub poteſtate, *v.* 9. ܬܚܝܬ ܐܝܕܝ ſub manibus meis, *ibid.* ܬܚܝܬ ܓܦ̈ܝܗ ſub alas ſuas, *c.* 23: 37. ܬܚܝܬ ܥܡܛܢܐ ſub caligine, *Jud. v.* 6. ܬܚܝܬ ܢܘܪܐ ſub igne, *v.* 7.

ܬܚܬܝܐ *m. emph.* Inferior, infimus, imus. *Hebr.* תַּחְתִּי, *Chald.* תַּחְתַּי, *emph.* תַּחְתָּאָה. Imum *pedum veſtrorum*, *Mar.* 6: 11. *Plur. fœm. emph.* ܬܚܬܝܬܐ infima, 2 *Petr.* 2: 4. ܠܬܚܬܝܬܗ ܕܐܪܥܐ ad inferiora ejus terræ, *Eph.* 4: 9; *affixum* πλεονάζει.

ܬܟܒ *m.* Inſtitit, urſit, magno ſtudio incubuit, frequens, ſollicitus fuit. *Benoni* ܬܟܒܝܢ *m.* inſtantes, *Luc.* 23: 23. *Joh.* 8: 7; *hoc in loco legitur in Hutteri verſione, quæ prolixè citatur in variis Lectionibus.*

ܬܟܝܒܐܝܬ Inſtanter, ſolicitè, diligenter, ſtudioſè, perſeveranter, vehementer, vehementiùs, intentè, intentiùs, *Luc.* 22: 44; *Gr.* ἐκτενέστερον.

ܬܟܠ *m.* Fidit, confidit, ſperavit, fiduciam, ſpem poſuit *vel* habuit. *Chald.* תְּכַל, *Arab.* تَكَلَ תְּכַל, وَكَلَ, V. تَوَكَّلَ תְוַכַּל, *Æth.* ወከለ: וכל, & *Conjug.* VII. ተወከለ: תוכל. *Peil* ܬܟܝܠ *m.* ſpem, fiduciam habens, *Matt.* 27: 43. Confidens, *Luc.* 11: 22. Sperans, 2 *Cor.* 1: 13. *Plur.* ܬܟܝܠܝܢ *m.* confidentes, *Mar.* 10: 24. *Luc.* 18: 9. ܬܟܝܠܝܢܢ confidimus, *Hebr.* 13: 18. 1 *Joh.* 5: 15; *conſtat ex* ܬܟܝܠܝܢ confidentes & ܚܢܢ nos *vel* ſumus. *Ethpeel* ܐܬܬܟܠ *m.* Idem. ܐܬܬܟܠܬ *m.* confidiſti, *Rom.* 2: 19. *Futur.* ܢܬܬܟܠܘܢ *m.* confidant, 1 *Tim.* 6: 17.

Aphel

Aphel ܐܬܟܠ *m.* Promiſit, *Eccl.* 20: 24.

ܬܘܟܠܢܐ *m. emph.* Spes, fiducia, confidentia, ſecuritas. *Arab.* تُكْلَان תכלאנ fiducia in alio poſita, *Æth.* תוכלת fiducia. Spes, 2 *Cor.* 1: 9. Fiducia, *v.* 15. 3: 4. 8: 22. Confidentia, *c.* 10: 2. Securitas, 1 *Tim.* 6: 17. Fiducia *fidei*, *Hebr.* 10: 22.

ܬܘܟܠܢܐܝܬ Certò, fidenter, confidenter, *Phil.* 1: 25. *Hebr.* 13: 6.

ܬܟܠܬܐ ܬܟܠܬܐ *f. emph.* Hyacinthus, hyacinthinus; fimbria. Hyacinthinum, *Exod.* 26: 1. 31. *Hebr.* תְּכֵלֶת, *Chald.* תִּכְלָא תִּכְלָא. *Plur. emph.* ܬܟܠܝܬܐ fimbriæ, *Matt.* 23: 5.

ܬܟܣ *m.* Objurgavit, reprehendit, avocavit. *V.* כסס Repreſſit, coërcuit, pulſavit; Avocavit. *Chald.* תְּכַס Pulſavit, perſtrinxit. *Benoni* ܬܟܣܢ *f.* avocantes, *Ezech.* 16: 27.

Ethpeel ܐܬܬܟܣ *m.* Impeditus, retentus, coërcitus eſt. ܐܬܬܟܣܬ *c.* impeditus ſum, *Rom.* 15: 22. *Partic. fœm.* ܠܐ ܡܬܬܟܣܢܝܬܐ incoërcibile *malum*, *Jac.* 3: 8. *Maſius, Guido, Crineſius, Troſtius, Buxtorfius & Guthirius hoc & antecedens ad Ethpaal referunt; Caſtellus ad Ethpeel.*

Paël ܬܟܣ *m.* Impedivit, moratus eſt; aucupatus eſt *verba*, carpſit. *Partic. præſ.* ܡܬܟܣܝܢ *m.* accupantes *verba ejus*, *Luc.* 11: 53. *Futur.* ܢܬܟܣ *c.* moremur, 1 *Cor.* 9: 12.

Ethpaal ܐܬܬܟܣ *m.* Reprehenſus eſt.

ܬܠܐ *m.* Suſpendit, appendit, affixit, exaltavit. *Hebr.* תָּלָה. *Chald.* תְּלָא תְּלָה. ܬܠܘ *m.* ſuſpenderunt, *Act.* 27: 40. ܬܠܘܗܝ ſuſpenderunt eum, *c.* 10: 39. ܬܠܝܬܘܢܝܗܝ ſupendiſtis eum, *c.* 5: 30. *Peïl* ܬܠܐ *m.* pendens, *Luc.* 19: 48. *Fœm.* ܬܠܝܐ ſuſpenſa, *Matt.* 18: 6. Pendens, *c.* 22: 40. Suſpenſa, *Luc.* 17: 2. Pendens, *Act.* 28: 4.

Ethpeel ܐܬܬܠܝ *m.* Suſpenſus, affixus eſt; adhæſit. *Partic.* ܕܡܬܬܠܐ *m.* qui ſuſpenditur, *Gal.* 3: 13.

* ثَلَجَ תְּלַג *m. Arab.* Ninxit *cœlum*. *Ethp.* ܐܬܬܠܓ *m.* Albus factus eſt. *Aphel* ܐܬܠܓ *m.* Dealbavit. *Hebr. Hiphil* הִשְׁלִיג, [*Hebræorum litera dentalis Schin in cognatis linguis uſitatiſſimè in lingualem Thau mutatur.*] & *Arab.* أَثْلَجَ אַתְלַג ninxit, ningere ſivit, & nivis inſtar albuit, canduit.

ܬܠܓܐ

ܬܰܠܓܳܐ *m. emph.* Nix. *Hebr.* שֶׁלֶג, *Schin in Thau pro more mutato, Chald.* תְּלַג, *emph.* תַּלְגָּא, *Arab.* ثَلْج תַּלְגְ. *Mat.* 28: 3. *Marc.* 9: 3. *Apoc.* 1: 14.

* תְּלַל *Hebr.* Levavit, elevavit, exaltavit, in altum ſuſtulit *inſtar tumuli aut cumuli.* תְּלַל *Chald. Ethp.* ܐܬܬܠܠ *m.* Humidus factus eſt: *Caſtellus.*

ܬܰܠܺܝܠܽܘܬܳܐ *f. emph.* Humor, humectatio, *Luc.* 8: 6. תְּלִילוּת tumor: *Schindlerus.*

ܬܰܠܡܺܝܕܳܐ, [*huic addi debebat fœm. emph.* ܬܰܠܡܺܝܕܬܳܐ Diſcipula, *Act.* 9: 36.] ܬܰܠܡܺܝܕ & ܬܽܘܠܡܳܕܳܐ *vide in* ܠܡܰܕ Didicit.

* תְּלַע *Chald.* Laceravit, fidit, diffidit, contudit. *Rabb.* תְּלַע & *Piël* תִּלַּע Coccineo colore infecit. *Pyal partic.* מְתֻלָּעִים *m.* coccinati, coccineo colore induti, *Nahum* 2: 3.

ܬܰܘܠܰܥ *f.* Vermis, vermiculus, *qui ex grano cujuſdam fruticis naſcitur, & granum ipſum* κόκκος coccus *nominatur. Frutex eſt ſurculoſus, cujus grana ſive baccæ ſunt rubeæ, liquore item rubeo, ſcatentque vermibus rubris, quorum colore tinguntur panni. Præcipuè autem invenitur in Armenia, Aſia, Polonia, Hiſpania, & Luſitania, prope oppidum Sembal: vide Lex. Schindleri & Caſtelli. Et Synecdochicè etiam generaliter* Vermem *ſignificat. Hebr.* תּוֹלָע. *Emph.* ܬܰܘܠܥܳܐ. ܬܰܘܠܥܗܽܘܢ vermis eorum, *Mar.* 9: 44. 46. 48. *Plur. emph.* ܬܰܘܠܥܶܐ vermes, *Act.* 12: 23.

ܬܰܘܠܰܥܬܳܐ *f. emph.* Idem. *Hebr.* תּוֹלֵעָה & תּוֹלַעַת, *Chal.* תּוֹלַעַת, *emph.* תּוֹלַעְתָּא.

ثَلَّثَ תַּלֵּת *Arab.* Tertiavit, *ſc.* tertiam bonorum partem accepit, in tres partes diviſit *rem. Hebr. Piël* שִׁלֵּשׁ, *hinc, Schin pro more in Thau mutato, eſt Chald. Paël* תַּלֵּת, & *Sam.* ࠕࠋࠕ Idem. *Æth.* ሠለሰ: & ሰለሰ: שלש. Tria fecit, &c. *vide Lex. Ludolfi.*

ܬܠܳܬ *f.* Tres, & *per enallagen numerus hic cardinalis ſumitur pro ordinali* tertia. *Hebr.* שָׁלֹשׁ, *Schin cum Thau commutato, Chald.* תְּלָת,

Arab.

Arab. ثلث תְּלָתָן & ثلاث תְּלָאתָן. Tria *ſata*, *Matt.* 13: 33. *Tabernacula*, *cap.* 17: 4. Tertia *hora*, *cap.* 20: 3. Tres *vices*, *cap.* 26: 34. 75. *Scil. vices*, *Marc.* 14: 30. *Hora* tertia, *c.* 15: 25. Tres *placentæ*, *Luc.* 11: 5. Tres *anni*, *c.* 13: 7. *Vices*, *Joh.* 13: 38. Tria *ſabbatha*, *Act.* 17: 2. Tria, 1 *Cor.* 13: 13. Tres *plagæ*, *Apoc.* 9: 18. *Spiritus impuri*, *c.* 16: 13. *Partes*, *v.* 19. *Notandum eſt hoc numerale cardinale, cum præfixo dolath, ſæpius ſumi pro ordinali* Tertia, *ut Luc.* 12: 38. *In titulo tertiæ epiſtolæ* Johannis. *vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 131.

Quando ad ܬܠܬ *nomen fœm.* ܙܒܢܝܢ *vel* ܙܒܢܐ vices *apponitur*, *fit periphraſis adverbii numeri* Ter, *ut invenitur Matt.* 26: 34. 75. *Marc.* 14: 30. *Luc.* 22: 61. *Joh.* 13: 38. *Act.* 10: 16. 11: 10. 2 *Cor.* 12: 8. *conf. ſuprà pag.* 140, *ad finem*, & *initium pag. ſeq.* *Si præterea dolath præponatur*, *fit circumlocutio adverbii ordinalis* Tertiò, *ut legi poteſt Matth.* 26: 44. *Joh.* 21: 17, *bis.* *conf. ſuprà pag.* 141, *lin.* 7 & *ſeqq.*

ܬܠܬ ܡܐܐ, & *conjunctim* ܬܠܬܡܐܐ *c.* Ter centum, trecenti, æ. *Maſculinè occurrit Marc.* 14: 5. *Joh.* 12: 5. *vide* & *ſuprà pag.* 301.

ܬܠܬܐ *m.* Tres, & *per enallagen numerus hic cardinalis uſurpatur pro ordinali* Tertius. *Hebr.* שְׁלשָׁה, *Schin cum Thau commutato*, *Chald.* תְּלָתָא.

Arab. ثلثة תְּלָתְּתָן & ثلاثة תְּלָאתְּתָן. Tres *dies* & tres *noctes*, *repetitur Matt.* 12: 40. Tres *teſtes*, *c.* 18: 16. *Menſes*, *Luc.* 1: 56. Tertius *dies*, *Luc.* 24: 7. Terna *quadrantalia*, *Joh.* 2: 6. Tres *dies*, *verſſ.* 19. 20. *Menſes*, *Act.* 7: 20. *Viri*, *c.* 10: 19. 11: 11. *Menſes*, *c.* 20: 3. Tertia *contignatio*, *v.* 9. Tres *dies*, *c.* 28: 12. Tertius *dies*, 1 *Cor.* 15: 4. Tres, 1 *Joh.* 5: 7. *Teſtes*, *v.* 8. Tres *chœnices*, *Apoc.* 6: 6. *Tubæ*, *c.* 8: 13. *Dies*, *c.* 11: 9. 11. *Portæ*, *c.* 21: 13, *quater.* *Obſervandum etiam numerale hoc cardinale cum præfixo dolath non rarò occurrere pro ordinali* Tertius, *ut Matt.* 16: 21. 17: 23. 20: 19. 22: 26. *Marc.* 8: 31. 9: 31. 10: 34. *Luc.* 9: 22. 18: 33. 20: 12. 31. *vide de Dieu Gram. Harm. pag.* 131.

ܬܠܬܐ ܐܠܦܝܢ *c.* tria millia. *Act.* 2: 41. 1 *Cor.* 10: 8.

ܬܠܬܝܗܘܢ tres illi, 1 *Joh.* 5: 7. 8. *Conf.* ܫܒܥܬܝܗܘܢ *in* שׁבע, & ܬܪܬܝܗܘܢ *in* ܬܪܝܢ.

Plur. ܬܠܬܝܢ *c.* Triginta. *Hebr.* שְׁלשִׁים, *Chal.* תְּלָתִין. *Mat.* 13: 8. 23. 26: 15. 27: 3. 9. *Marc.* 4: 8. Triceni, *v.* 20. Triginta, *Joh.* 5: 5.

ܬܘܠܬܐ *m. emph.* Tertia pars. & *Chald.* תּוּלְתָּא. 2 *Cor.* 12: 2. *Apoc.* 8: 7. 9, *bis.* 10. 12, *ter.* 9: 15. 18. 12: 4. Trimus, triennis, *Geneſ.* 15: 9.

ܬܘܠܬܗ tertia pars ejus *m.* *Apoc.* 8: 12, *bis.* ܬܘܠܬܗ tertia pars ejus *f.* *v.* 7. ܬܘܠܬܗܘܢ tertia pars earum *aquarum*, *v.* 11. *Affixa hæc in tribus allegatis verſiculis ſunt pleonaſtica*

ܬܠܝܬܝܐ *m. emph.* Tertius. *Hebr.* שְׁלִישִׁי, *Chald.* תְּלִיתָי, *emph.* תְּלִיתָאָה. *Sigillum* tertium, *Apoc.* 6: 5. Tertius *Angelus*, *c.* 8: 10. Tertium *væ*, *c.* 11: 14. Tertius *Angelus*, *c.* 14: 9. 16: 4.

Fœm.emph. ܬܠܝܬܝܬܐ Tertia. *Hebr.* שְׁלִישִׁית שְׁלִישִׁיָּה, *Chald.* תְּלִיתָאָה, *emph.* תְּלִיתָיְתָא. *Animal* tertium, *Apoc.* 4: 7. 6: 5. *Fundamentum*, *c.* 21: 19.

* תַּם *Chald.* Ibi, illic. *Ab Hebræo* שָׁם. *Hinc Syriacum*

ܬܡܢ Idem. *Chald.* תַּמָּן. *Mat.* 2:13.15. 5: 23. *Mar.* 14:15. *Joh.* 3:1. 5: 5. *Apoc.* 2: 14. 21:25. ܠܬܡܢ illuc, *Mat.* 2: 22. ܡܢ ܬܡܢ exinde, inde, illinc, *Matt.* 4: 21. 5: 26. *Particulæ* ܬܡܢ *auxeſin & emphaſin addit particula* ܗܘ, *ut* ܗܘܬܡܢ *non ſignificet ſimpliciter* ibi, illic, *ſed emphaticè* illo ipſo in loco, *Marc.* 13: 21. *Luc.* 17: 21. 23. *vide ſupra in* ܗܘ

ܬܡܗ *m.* Miratus, admiratus, demiratus eſt, ſtupuit, obſtupuit, attonitus fuit *vel* factus eſt. *Hebr.* תָּמַהּ, *Chald.* תְּמַהּ, *Gr.* θαυμάζω. Miratus eſt, *Marc.* 15: 44. Attonitus fiebat, *Act.* 8: 13. ܬܡܗܘ *m.* admirati ſunt, *Marc.* 12 : 17. *Luc.* 2 : 48. 8 : 56. Attoniti facti ſunt, *Act.* 10: 45. ܬܡܗܝ *f.* admiratæ fuerunt, *Marc.* 16: 5. *Peïl* ܬܡܝܗ ܐܢܐ *m.* obſtupefactus ſum, *Gal.* 4: 20. *Fœm. emph.* ܬܡܝܗܬܐ admirabile *ſignum*, *Apoc.* 15 : 1. *Plur. maſc.* ܬܡܝܗܝܢ admirantes, *Marc.* 1 : 22. 5: 20. 11: 18. *Luc.* 1: 21. 2: 33. 47. 4: 32. Attoniti, *Act.* 9: 7. Obſtupeſcentes, *v.* 21.

Emph. ܬܡܝܗܐ *m.* mirabilia *opera*, *Apoc.* 15: 3. *Plur. fœm.* ܬܡܝܗܢ attonitæ, *Luc.* 24: 4. *Emph.* ܬܡܝܗܬܐ mirabilia, miracula, *Luc.* 13: 17. *ſæpius in nomen degeneravit.*

Futur. ܬܬܡܗܘܢ *m.* admirabimini, *Act.* 13: 41.

Ethpaal ܐܬܬܡܗ *m.* idem *quod Peal. Partic.* ܡܬܬܡܗܝܢ ܗܘܘ *m.* ſtupebant, *Matt.* 22: 33. Attoniti eſſent, *Luc.* 24: 41.

Aphel ܐܬܡܗ *m.* Obſtupefecit, attonitum reddidit; dementavit, *Act.* 8: 11. ܐܬܡܗܢܢ obſtupefecerunt nos, *Luc.* 24: 22; *eſt 3 perſ. plur. fœm. cum affixo. vide de Dieu Gram. Harm. pag.* 365.

ܬܡܗܐ *m. emph.* Admiratio, ſtupor, pavor, ecſtaſis, mentis exceſſus. *idem quod Hebræum* תִּמָּהוֹן. Admiratio, *Luc.* 4: 36. Stupor, *c.* 5: 9. 26. Ecſtaſis, mentis exceſſus, *Act.* 10: 10.

* תמל ܐܬܡܠܝ ܐܬܡܠ Heri, & *Synecdochicè*, Antè, antea. *Hebr.* תְּמוֹל

אתמול אִתְמוֹל אֶתְמוֹל תְּמוֹל, *Chald.* תְּמָלֵי אֶתְמָלֵי אִתְמָלֵי · ܐܬܡܠܝ heri, *Hebr.* 13: 8. ܐܬܡܠܝܐ idem, *Joh.* 4: 52.

תָּמַם *Hebr.* Abſolvit; integer, perfectus, [*corpore, vel animo, perfectio rei, loci & temporis ſignificatur*] abſolutus, completus, finitus, conſummatus, conſumptus, *in malum*, perditus, deſtructus fuit. *Chal.* תְּמַם, & *Arab.* تَمَّ idem. *Ethpaal* ܐܬܬܡܡ *m.* Innocens factus eſt.

ܬܡܝܡ *m.* Perfectus, integer, ſyncerus, ſimplex, inculpatus. *Hebr.* תָּמִים, *Chald.* תְּמִים, *Arab.* تَامّ תַּאמְּ· *Plur.* ܬܡܝܡܝܢ *m.* ſynceri, *Rom.* 16: 19. *Emph.* ܬܡܝܡܐ ſynceri, ſimplices, *Matt.* 10: 16. Integri, *Phil.* 2: 15.

* ثَمَنَ תְּמַן *Arab.* Octavam bonorum partem accepit *ab aliquo*; octavus fuit. *Æth.* ሰመነ: שמן Octo confecit, *vel* octies fecit. *Eaſdem ſignificationes in hoc numero admittit ſicut* ሠለሰ: *in ternario.*

ܬܡܢܐ *f.* Octo. *Hebr.* שְׁמוֹנֶה· *Schin pro more in Thau mutato. Chald.* תְּמָנֵי, *Arab.* ثَمَانٍ תְּמַאנִן· Octo *anni, Joh.* 5: 5. *Animæ*, 1 *Petr.* 3: 20.

ܬܡܢܝܐ *m.* Octo. *Hebr.* שְׁמוֹנָה, *Chald.* תְּמָנְיָא· *Arab.* ثَمَانِيَة תְּמַאנִיַתֻן. Octo *dies*, *Luc.* 2: 21. 9: 28. *Phil.* 3: 5. *Hoc numerale cardinale cum præfixo dolath ſumitur pro ordinali* Octavus, *Luc.* 1: 59. 2 *Petr.* 2: 5. *vide de Dieu Gram. Harm pag.* 131.

ܬܡܢܬܥܣܪ ܬܡܢܥܣܪ *m.* Octodecim, *Luc.* 13: 4. ܬܡܢܥܣܪܐ *f.* octodecim *anni*, *verſſ.* 11. 16.

Plur. ܬܡܢܝܢ *c.* Octuaginta. *Hebr.* שְׁמֹנִים, *Chald.* תְּמָנַן· *Luc.* 2: 37; *hoc in loco fœmininè ſumitur: vide hîc var. Lect. Scribitur* ܬܡܢܐܝܢ, & *maſculinè conſtruitur Luc.* 16: 7.

ܬܡܝܢܝܐ *m. emph.* Octavus. *Hebr.* שְׁמִינִי, *Chald.* תְּמִינַי, *emph.* תְּמִינָאָה· *Apoc.* 17: 11. *Fœm. emph.* ܬܡܝܢܝܬܐ octavum *ſc. fundamentum*, *c.* 21: 20.

ܬܢܐ *m.* Iteravit, ſecundò fecit, repetiit, renarravit. *Chald.* תְּנָא, *Sam.* ࠕࠍࠀ תנא. *Ab Hebr.* שָׁנָה, *Schin dentali literâ pro more in lingualem Thau mutatâ. Arab.* ثَنَى תְּנַי Secundus fuit, acceſſit.

Ethpeel

Ethpeel ܐܬܬܢܝ *m. Paſſiv. præced. Paël* ܬܢܝ *m.* Idem *quod* Peal.

ܬܪܝܢ *m. Dualis numeri*, Duo, ambo, uterque, utrique; bis: & *per enallagen numeri* Secundus. & *Chald.* תְּרֵין· *Ab Hebr.* שְׁנַיִם, ש *dentali literâ in lingualem* ת, & *vice verſâ linguali* נ *in dentalem* ר *permutatis: conf. Gram. Harm. de Dieu pag.* 9. *Et hoc nomen eſt unum ex quatuor, quæ ex Hebræo duali facta id imitantur mutatâ terminatione duali* ־ַיִם *in* ܝܢ: *reliqua tria ſunt, hujus ſubſequens fœmininum* ܬܪܬܝܢ *à* שְׁתַּיִם, ܡܐܬܝܢ *à* מָאתַיִם [*de quo ſupra pag.* 301.] & ܡܨܪܝܢ *à* מִצְרַיִם [*de hoc pag.* 325.]
Duo, *Matt.* 4: 18. 21. 6: 24. 9: 27. 14: 17. 19. 19: 6. 20: 21. 24. 30. 21: 28. 22: 40. 24: 40. Duo *dies*, biduum, *c.* 26: 2. Duo, *c.* 27: 38. *Marc.* 10: 8. Duo *dies*, biduum, *c.* 14: 1. Duo, *c.* 15: 27. 16: 12. *Luc.* 2: 24. 17: 34. 36. 18: 10. Duabus *ſcil. vicibus*, bis. *v.* 12. Duo, *c.* 23: 32. 24: 13. *Joh.* 1: 35. *Act.* 1: 10. 23. Duæ *acies*, anceps *Apoc.* 1: 16. 2: 12. Duo, *c.* 9: 12. 11: 2. 3. Duæ *oleæ*, *v.* 4. *Alæ*, *v.* 14. Duo, *c.* 13: 15. 19: 15. *Cum præfixo Dolath valet numerale ordinale* Secundus, *Matt.* 22: 26. Secundum *præceptum*, *v.* 39. Secundus, *Luc* 19: 18. 20: 30. *Geminatum ſignificat numerale diſtributivum* Bini. Binæ *drachmæ*, didrachmum, *Matt.* 17: 24. Bini, *Marc.* 6: 7. *Luc.* 10: 1. Bina *quadrantalia*, *Joh.* 2: 6. *vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 131.

ܬܪܝܗܘܢ duo, ambo illi. Ambo illa, *ſcil. triticum* & *zizania*, *Matt.* 13: 30. Ambo illi, *c.* 19: 5. *Marc.* 10: 8. *Joh.* 1: 37. Duo illi, *Eph.* 2: 15. Ambo illi, *v.* 16. *Apoc.* 19: 20.

ܬܪܬܝܢ *f. Dualis numeri*, Duæ, ambæ, utraque, utræque; bis: & *per enallagen numeri* Secunda. & *Chald.* תַּרְתֵּין; *ex Hebr.* שְׁתַּיִם *pro* שְׁנְתַּיִם.
Duo *anni*, *Matt.* 2: 16. *Paſſeres*, *c.* 10: 29. Ambæ *manus aut* ambo *pedes*, *c.* 18: 8. *Oculi*, *v.* 9. Duæ *erunt molentes*, *c.* 24: 41. Duo *talenta*, *c.* 25: 15. 17, *bis.* 22, *bis.* Ambæ *manus*, *Marc.* 9: 43. Ambo *pedes*, *v.* 45. *Oculi*, *v.* 47. Duæ *naves*, *Luc.* 5: 2. Duæ *molent*, *c.* 17: 35. *Diaconi veſtri ne loquantur* duo, *ne ſint* δίλογοι bilingues, 1 *Tim.* 3: 8. Duæ *myriades*, *Apoc.* 9: 16. Duo *candelabra*, *c.* 11: 4. *Cornua*, *c.* 13: 11. *Cum præfixo dolath deſignat numerale ordinale* Secunda, *ut Luc.* 12: 38. *In titulis ſecundarum Epiſtolarum, ad Corinthios, Theſſalonicenſes, Timotheum, Petri* & *Johannis.* 2 *Petr.* 3: 1.

Quando ad ܬܪܬܝܢ *additur vel ſubintelligitur nomen fœmininum* ܙܒܢܝܢ *aut* ܙܒܢܐ̈ vices, *fit circumlocutio adverbii numeri* Bis. *Subintelligitur illud nomen*, *Phil.* 4: 16. 1 *Theſ.* 2: 18. *Tit.* 3: 10. *conf. ſuprà pag.* 140 *ad finem*, & *initium pag. ſeq. At præpoſito dolath fit adverbium ordinale* Secundò, ſecundâ vice, *ut Matt.* 26: 42; *conf. ſupra pag.* 141 *lin.* 7 & *ſeqq. Nomen hoc ipſum ſignificans* vices *hic quoque ſubintelligendum eſt Jud. v.* 5. *Apoc.* 19: 3. *conf. Gram. Harm. de Dieu pag.* 128. 129.

ܬܪܥܣܪ *m.* Duodecim. *Mat.* 10: 1. 2. 5. 11: 1. 14: 20. 19: 28, *bis.* 20: 17. 26: 14. 20. *Marc.* 3: 14. 6: 43. 8: 19. 9: 35. 11: 11. 14: 10. 20. 43. *Luc.* 6: 13. 9: 17. 22: 3. 14. 30. 47. *Joh.* 6: 13. 70. *Act.* 6: 2. 7: 8. 1 *Cor.* 15: 5. *Apoc.* 7: 5, *ter.* 6, *ter.* 7, *ter.* 8, *ter.* 12: 1. 21: 12. 14, *bis.* 16, *bis.* 21. 22: 2.

ܬܪܥܣܪܐ *m. emph.* Idem, *Mat.* 26: 47. *Joh.* 20: 24. ܬܪܥܣܪܬܗ duodecim

ejus

ejus *vel* ſui. *Marc.* 4: 10. 6: 7 10: 32. 14: 17. *Luc.* 8: 1. 9: 1. 18: 31. *Joh.* 6: 67.

ܬܪܬܥܣܪ *f.* Duodecim, *Matt.* 9: 20. 26: 53. *Marc.* 5: 25. 42. *Luc.* 2: 42. 8: 42. 43. *Joh.* 11: 9. *Act.* 26: 7. *Jacob.* 1: 1. *Apoc.* 21: 12. 14. 21.

